

ACTA

CONGREGATIONIS A SS. CRUCE ET PASSIONE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

REV.MI P. PRÆPOSITI GENERALIS JUSSU


Ad privatam Sodallium usum edita

...ut digne ambuletis vocatione
qua vocati estis.
(Eph. IV, 1).



Directio et Administratio

SS. Giovanni e Paolo - ROMA (147)



Acta Congregationis

a SS. Cruce et Passione D. N. J. C.

Jesu Christi Passio sit semper in cordibus nostris

EPISTOLA

**REV.MI PRAEPOSITI GENERALIS
DE SPIRITU ORATIONIS**

TITUS A S. PAULO, A CRUCE

CONG. SS.MAE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. C.

PRAEPOSITUS GENERALIS

OMNIBUS SODALIBUS EIUSDEM CONGREGATIONIBUS

PACEM ET SALUTEM IN DOMINO

Sollicitudo totius Congregationis, nostris curis nostraeque quotidianae vigilantiae concredita, urget nos, ad vos iterum litteris alloquendum, ut de re maximi momenti agamus ad uniuscuiusque bonum universaeque Sodalitatis incrementum.

Ex quo tempore ad generalem Praeposituram evecti sumus, necessitas Provinciarum Capitulis praesidendi nobis opportunam praebuit occasionem quamplurimos recessus invisendi, pluresque Sodales nostros tum subditos tum praesertim Superiores personaliter cognoscendi et alloquendi.

Itaque coram demirati sumus progressum, quem ultimis hisce decenniis Congregatio consecuta est: religiosas

domos ubique terrarum constitutas; florentes Alumnatus in quibus delecti adolescentuli, spes Congregationis, ad nostram vitam et spiritum informantur; studiorum domos, ubi novensiles religiosi scientiarum pietatisque studio ad apostolatam se praeparant; tot Missionariorum manipulos in vinea Domini totis viribus adlaborantes; ac Sodalium pias Communitates, Regularum observantiae, pietatis operibus et animarum saluti intentas.

Attamen ut mirabilis iste progressus Divum Fundatorem nostrum Ecclesiamque laetificet, et tum pro Sodalibus tum pro fidelibus bonorum spiritualium fontem constituat, omnino requiritur ut in Congregatione *bonus spiritus* custodiatur, a Divo Fundatore transmissus; ex hoc enim duntaxat fieri potest, ipso Fundatore testante, ut Congregatio coram Deo et hominibus fulgeat in totam aeternitatem (1).

De huius spiritus natura, qui in oratione, solitudine et paupertate consistit, deque obligatione illum custodiendi et fovendi, copiose egimus in prima nostra Epistola (2); nunc autem mens nostra est de eius primo elemento ex professo tractandi, nempe «DE SPIRITU ORATIONIS» quippe qui a Fundatore primo loco semper nominetur, et ad eum provehendum et augendum paupertas ipsa et solitudo ut media inserviant.

I

SPIRITUS ORATIONIS NOTIO

Quid sit oratio

In primis declarandum est quid sit oratio, quidque spiritus orationis nomine a nobis intelligatur, quo infra dicenda clarius innotescant, et fructuosius percipiantur.

(1) *Summ. super introductione.* n. 27, § 79.

(2) *Acta Congr.*, 1937, 389-411.

Ad naturam orationis quod attinet, duplex apud Auctores asceticos, quamvis diversis variisque modis expressa, frequentatur definitio; dicitur enim oratio: *elevatio mentis in Deum*; et *petitio decentium a Deo*. « Prior definitio, ait Vermeersch, ex subiecto orante et termino motus, altera ex obiecto depromitur; illa magis dignitatem et sublimitatem actionis, haec magis utilitatem eius et divinam bonitatem effert; illa magis aeterna, haec magis nunc practica et ad statum nostrum praesentem accommodata » (1).

S. Joannes Damascenus (2) utramque definitionem coniungit et quidem merito, « cum nullus sit ascensus in Deum sine petitione, et nulla petitio Deo facta sine ascensu ad Deum. Attenta enim praesenti nostra condicione, perpetua nostra indigentia bonorum, quae non possumus nisi a Deo recipere, id efficit, ut noster formalis ascensus ad Deum formalem vel virtuales petitionem contineat. Imo in perpetua gratiarum actione caelitem, virtualis habetur supplicatio perpetuae possessionis divinae, nec concipitur conversatio cum Deo ubi creatura (non ens in se) non recipiat, et Deus (ens infinitum receptionis incapax) non donet » (3).

Variae orationis formae

Varias orationis formas seu species auctores distinguunt. Primo formalem orationem dicunt quando mens nostra ex supplici intentione ad Deum adit, virtuales vero seu vitales quae in bonis operibus consistit, cum bona opera vim habeant impetrativam. In profanis etiam negotiis id dignoscimus, cum enim desiderant homines beneficium aliquod obtinere, vel petitionem voce aut scripto ingerunt, vel formali petitione omissa, qua humili obsequio,

(1) VERMEERSCH, *Theol. Moral. Principia*, II, n. 179.

(2) *De Fide Orthodoxa*, III, 24.

(3) VERMEERSCH, *l. c.*

qua servitute et muneribus, animum concedentis allicere student (1).

Formalis oratio rursus distinguitur in vocalem et mentalem. Communiter vocalis appellatur oratio quae verbis exterioribus redditur, mentalis quae fit interioribus tantum animae potentiis (2). Stricte tamen loquendo, « oratio mentalis non eo praecise differt a vocali quod prior corporis partes excludat, altera autem interiores discursus et affectus. Nam qui mente orat, solet omni corporis habitu se exhibere orantem, nec raro in voces erumpere. Rursus autem sine aliqua mentis attentione non est vocalis oratio. Sed ambae orationes hoc discrimine separantur, quod vocalis definitae verborum formae est alligata, dum mentalis oratio hoc vinculo est soluta » (3).

Tandem mentalis oratio vocatur meditatio, si mens discursivo modo procedit, cum applicatione trium potentiarum, memoriae nempe, intellectus et voluntatis, vocatur autem contemplatio, si in ea habeatur tantum simplex et affectiva intuitio alicuius divinae veritatis; haec autem activa dicitur et acquisita, si est effectus activitatis humanae, divina gratia adiutae; passiva seu infusa, si hominis activitatem praetergrediens, a Deo in anima de eius consensu producitur (4).

Quid spiritus orationis

Nunc autem spiritum orationis, qui caput est huius nostrae epistolae, declarare cupientes, eum consistere ponimus, in utriusque formalis et virtualis orationis exercitio.

(1) Cfr. P. PATRIZIO, *Lo spirito del Passionista*, p. 351.

(2) P. BERNARDO, M. DI GESÙ, *Trattenim. spirit.*, p. 138.

(3) VERMEERSCH, *Theol. Moral. Principia* n. 187.

(4) TANQUEREY, *Teologia ascet. mist.* n. II b).

« Dicitur spiritus in Ascetica et Mystica, inquit Naval, summa idearum et affectuum animi frequentiorum, qui eum ad operandum constanti seu habituali modo, in rebus humanis compellunt; sic dicitur aliquis *spiritu* humilitatis, compassionis, orationis etc... imbui, quum cogitationes eius et affectus habitualiter et primario circa aliqua earum virtutum aut operum versatur » (1).

Hinc *spiritum orationis* habet qui semper et indesinenter orat, iuxta praeceptum evangelicum: « Oportet semper orare » (2); et illud Apostoli: « Sine intermissione orate » (3).

Iam vero, assidua haec atque indefessa oratio esse nequit, nisi formali orationi sive vocali sive mentali, virtualis aut vitalis adiiciatur precatio. « Aliquis continue orat, ait Angelicus, vel propter continuitatem desiderii, vel quia non intermittit quin statutis temporibus oret » (4). Clarius etiam Bona Cardinalis: « semper orat, qui orandi tempora nullo unquam die praetermittit; semper orat, qui omnia quaecunque agit, purissima intentione ad Deum refert » (5).

Spiritus orationis prius elementum

Itaque spiritus orationis duobus veluti elementis constat, quorum prius reponitur in fideli adimpletione piorum exercitiorum atque orationum, quae in Regulis nostris praescriptae inveniuntur.

(1) *Theolog. Ascet. et Mist., Pars I, n. 16.*

(2) *Luc. XVIII, 1.*

(3) *I Thess. V, 17.*

(4) *S. THOM., II. II, q. LXXXIV, a. 14, ad 4.*

(5) *CARD. BONA, Principia et documenta vitae christianae, Pars I, Cap. XLIV*

Vita Sodalium a Christi Passione, ut in Constitutionibus delineatur, est orationum piorum exercitiorum contextus vere admirabilis.

Dum tenebrae terras involvunt et nocturni silentii quies omnia tenet, nos invitationi Ecclesiae obsequentes, e somno surgimus ad Dei laudes concinendas; quas iterum, paucis interiectis horis, resumimus, ac pluries per diem iteramus, usque ad horam Completorii, cum, labente die, supplicibus vocibus poscimus ut rerum Creator, «sit praesul et custodia» (1). Huic divini officii liturgicae precatationi aliae atque aliae vicissim subeunt et innectuntur orationes et pia exercitia, praeter binas horas meditationis quotidie, mane et vespere, praescriptas.

Fideli impletione horum omnium exercitiorum et orationum fieri non potest quin animus, per maiorem diei partem, Deo adhaereat, et spiritu orationis fruatur.

Spiritus orationis elementum alterum

Sed ad intervalla inter unam et aliam formalem orationem complenda, atque adeo orationem viginti quatuor horarum faciendam, ut Fundator noster aiebat, opportune occurrit oratio virtualis, qua opera nostra quotidiana vel indifferentia, ad orationis formam et dignitatem evehuntur.

Quomodo id fiat nos docent duo maximi Ecclesiae Doctores, S. Thomas et S. Augustinus.

Prior in sua Summa Theologica quaerit utrum et quomodo oratio possit esse diuturna, et respondit nos semper orare posse iugi desiderio placendi Deo, quod quidem desiderium implicite continetur in omnibus operibus ex charitate factis. «De oratione, ait, dupliciter loqui possumus: uno modo secundum seipsam, alio modo secundum causam

(1) *Hym. ad Completorium.*

suam : causa autem orationis est desiderium charitatis, ex quo procedere debet oratio : quod quidem in nobis debet esse continuum vel actu, vel virtute : manet enim virtus huius desiderii in omnibus quae ex charitate facimus : omnia autem debemus in gloriam Dei facere, ut dicitur I. ad Cor. 10, 31 ; et secundum hoc oratio debet esse continua ; unde Augustinus dicit ad Probam : (*Epist.* 130. cap. 9) : In ipsa fide, spe et charitate semper oramus » (1).

S. Augustinus heic ab Angelico citatus, alio loco practice explicat quomodo actiones nostrae omnes, et ipsa quies, verti queant in Dei laudem et orationem.

« Vita sic canta, ait ipse, ut nunquam sileas. Si ergo laudas, non tantum lingua canta, sed etiam assumpto bonorum operum psalterio : laudas cum agis negotium ; laudas cum cibum et potum capis ; laudas cum in lecto requiescis ; laudas cum dormis : quando non laudas ? » (2). « Beatam vitam semper a Domino desiderando, semper orabis » (3).

Haec igitur vitalis oratio, ex sanctis desideriiis et operibus constans, una cum oratione formali, sive mente sive voce prolata, vitam nostram in vitam orationis convertit, homines orationis nos efficit, et constituit quod iuxta doctores asceticos, nomine « SPIRITUS ORATIONIS » designavimus.

(1) S. THOMASII. II, q. LXXXIII, art. 24, c.

(2) S. AUGUST., *In Psalm.* CXLVI, n. 2.

(3) IDEM, *Epist.* 130, 9.

II

DE NECESSITATE SPIRITUS ORATIONIS PRO SODALIBUS A PASSIONE

Orationis necessitas ad aeternam salutem

Spiritum orationis hactenus descriptum, Sodalibus a Passione Jesu Christi omnino necessarium esse, ut primum suae vocationis finem, idest propriam sanctificationem assequantur, plures tum generales, tum speciales rationes ostendunt.

Atque in primis vere admirabilia sunt quae Patres proferunt ad extollendam vim orationis, ut medium praecipuum et necessarium ad aeternam salutem perveniendi.

A S. Joanne Chrysostomo oratio vocatur: aptissima arma, thesaurus praepotens, fons et radix omnium bonorum (1); ab aliis vero passim: clavis coeli, animae clypeus, flagellum diaboli, spiritualis militis armatura (2), fons gratiae, virtutum parens, mentis illuminatio, maerentium consolatio, laetantium iucunditas, cibus animae. Ipsa iram Dei placat, veniam peccatorum impetrat, expellit vitia, liberat a periculis, et divini amoris ignem in nobis accendit (3).

Quod segetibus pluviae, quod moenia civitatibus, quod panis materiali vitae, hoc ipsum, iuxta Patres et Doctores, oratio confert animabus (4). Nonne arescunt segetes, si illis pluviae de coelo prohibeantur? Nonne civitas vastabitur, cum moenibus fuerit destituta? Nonne corpus languet, moritur, cum panes ei desunt? Atque ita anima sine

(1) *Homil. 79 ad popul. Antioch.*

(2) Cfr. NAVAL., *Theolog. Ascet. et Mist.* p. 50.

(3) Cf. CARD. BONA. *Principia et documenta, vitae christianae* I, c. 47.

(4) MACH, *Tesoro del Sacerdote.* Vol. I, Tract. IV, Cap. I.

oratione erit « sicut terra sine aqua » (1), sicut civitas carens propugnaculis, sicut corpus cui panis quotidianus deficiat. « Percussus sum ut foenum, ait Psaltes, et aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum » (2).

Quidni? Nonne « omnis sufficientia nostra ex Deo est? » Nonne monet Apostolus ne quid omnino nos cogitare posse quasi ex nobis? (3). Nonne ipse Christus dicit nos nihil posse sine eius auxilio? (4). Atqui auxilium hoc, ex voluntate divina, orationi absolute connectitur; scriptum est enim: « Petite et accipietis » (5). Christus ergo dare vult, subdit Augustinus, sed non dat nisi petenti (6). Exinde absoluta preceationis necessitas, iuxta illud: « Oportet semper orare » (7). « Dum dicit oportet, ait Chrysostomus, necessitatem inducit » (8).

Christus insuper non solum praeceptum orandi nobis dedit, sed etiam suo exemplo commonefecit, quae et quanta pro nobis esset orationis necessitas. Post dies in evangelizandis pauperibus laboriose insumptos, in loca solitaria secedebat, ibique spiritum ad Patrem effundens, « erat pernoctans in oratione Dei » (9).

Jesus orans est utique pro nobis efficax et practicum documentum. « Vidisti Deum orantem, ait Augustinus, discite orare: ad hoc enim oravit ut doceret orare » (10).

(1) *Psalm.* CXLII, 6.

(2) *Psalm.* CI, 5.

(3) *II Ad Cor.* III, 5.

(4) *Joan.* XV, 5.

(5) *Ioann.* XVI, 24.

(6) *In Ps.* CII, 10.

(7) *Luc.* XVIII, 1.

(8) *I Sermo de Moyse.*

(9) *Luc.* VI, 12.

(10) *In Psalm.* LVI, 5.

*Orationis necessitas pro
religiosa perfectione*

Verum si oratio omnibus fidelibus necessaria est, id multo magis affirmandum pro religiosis, qui vi professionis, debent sanctiorem prae aliis ducere vitam, et perfectionem evangelicam adipisci (1).

In spirituali vita religiosorum sodalium, tres status seu gradus Doctores ascetici distinguunt: incipientium, proficientium, perfectorum. « Quomodo enim, ait Naval, vitae naturalis processus in tres aetates dividitur, infantiam, adulescentiam et virilitatem, sic vita spiritualis simili modo percurritur, eliminata senectute, quae aetates naturales consequitur. In quavis etiam arte, tres gradus ponuntur, tyronum, opificum, magistrorum » (2).

Porro hi tres gradus triplici viae respondent: *purgativae*, nempe, in qua praecipuus labor in animo purificando versatur, ea expurgando quae virtutes praepediunt, ut sunt peccata et inordinatus affectus; *illuminativae*, cuius maximus labor, amotis virtutum obicibus, tendit ad virtutes per Christi imitationem assequendas; *unitivae*, in qua animus maxime studet magis ac magis adhaerere Deo, illique uniri cognitionis et amoris ope.

Etiam in Scripturis legimus iustorum semitam, luci comparatam, procedere et crescere usque ad perfectam diem (3): et iustum ex Dei auxilio et benedictione ascensiones in corde suo disponere, ut de virtute in virtute incedat (4).

(1) Can. 593.

(2) *Theol. ascet. mist.*, I, n. 19.

(3) *Prov.* IV, 18.

(4) *Psalm.* LXXX, 6, 8.

Caritas profecto, in qua est plenitudo et essentia vitae spiritualis, « cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur ». Ita Augustinus (1). S. Gregorius etiam addit, aliud esse virtutis exordia, aliud profectum, aliud perfectionem (2).

Iam vero in tribus hisce gradibus seu viis, apprime necessaria dignoscitur oratio, ut medium unicum quo animus uti possit ad finem assequendum.

*Orationis necessitas in via
purgativa.*

Id in primis verum est relate ad viam purgativam. Nonne oratione cognoscit homo malitiam peccati, et periculum Deum in tota aeternitate amittendi, et exinde propositum concipit vincula dissolvendi quae ipsum in peccatis detinent? Per orationem David rex (3), filius prodigus (4), et publicanus (5) peccatis valedixerunt et iusti facti sunt. « Etiam si nos peccatis refertos precatio deprehenderit, celeriter purgatos reddit; precatio enim et purgat a peccatis et ingentia pericula depellit ». Ita S. Joannes Chrysestomus (6). Cui cohaerent haec verba S. Alphonsi De Ligorio: « Sine oratione homo luce caret, in tenebris graditur, non videt pericula, nec mediis utitur ad illa praecavenda et vitanda » (7).

His ductus principiis S. Fundator noster, illis qui mundanis onerati moribus in Congregationem admitti postula-

(1) *In Epist. I Joan., tract. V.*

(2) *Homilia 15 in Ezech.*

(3) *Plsalm. 4.*

(4) *LUC. XV.*

(5) *LUC. XVIII.*

(6) *De orando Deum, l. I.*

(7) *Regola di vita d'un Cristiano, c. I n. 2.*

bant, orationem potissimum commendabat, pro certo habens ex eadem pendere eorum bonae conversationis in via Domini initium et progressum (1).

*Orationis necessitas in via
illuminativa*

Multo magis oratio proficientibus necessaria est, ut in via illuminativa gradientes valeant se bonis virtutibus instrui et ornari.

Ut quis lumen spiritale percipiat, ad Deum debet accedere iuxta illud : « Accedite ad eum et illuminamini » (2). Accessus vero iste oratione completur, quia, ut diximus, oratio nihil aliud est nisi ascensus mentis ad Deum. « Quomodo sol, ait Chrysostomus, lucem praebet corpori, sic animae lumen est precatio » (3).

Re quidem vera ex diuturno orationis exercitio, in animam virtutes omnes proveniunt. S. Bonaventura, citatus etiam a P. Bernardo M. a Jesu (4), ita ad rem loquitur : « Si vis patienter huius vitae adversitates et aerumnas tolerare, esto vir orationis ; si vis fortitudinem consequi ad diabolicas tentationes superandas, esto vir orationis ; si vis inordinatos affectus et animi pravas passiones compescere, esto vir orationis ; si vis cognoscere diaboli astutias eiusque insidias et astus praecavere, esto vir orationis ; si vis cum pace degere et tranquille per viam perfectionis progredi, esto vir orationis ; si vis ab importunis et vanis cogitationibus liberari, esto vir orationis ; si vis, paucis, ex animo vitia evellere, omnesque in eo virtutes inserere, esto vir orationis ».

(1) *Summ. super introductione*, n. 9, § 86.

(2) *Psalm. XXX III*, 6.

(3) *De orando Deum*, l. c.

(4) *Trattenimenti Spirituali*, p. 143.

Quinimo, in orationis exercitio virtutes omnes una cum donis Sancti Spiritus actu reperiuntur. Hoc nos docet Cardinalis Bona, scribens: «In ipsa oratione omnes virtutum actus exercentur. Prima occurrit fides, nemo enim oraret, nisi crederet Deum esse praesentem, et preces clamantium ad se posse et velle exaudire. Spes erigitur, quia maximam in Dei ope et misericordia fiduciam habemus. Caritas excitatur, divinae bonitatis consideratione, quae nos urget ad ipsum super omnia diligendum. Per orationem discimus adimplere omnem iustitiam, et iustorum prudentia omnia perpendere. Fortitudo exercetur, quia orans firmiter statuit servire Deo, et pro eius amore adversa tolerare; et temperantiae actus eliciuntur, quia mens orantis a terrenis aborrens coeli delicias degustat. Dona quoque Spiritus Sancti vim suam exserunt, quia intellectus de aeternis illuminatur; Dei sapientia fruitur; ipsique Deo appropinquans omnes creaturas scientiae dono pro nihilo habet; tum luce uberiore perfusus in rerum agendarum dispositione per donum consilii non fallitur; ad orandum pro aliis pietate impellitur; divinae maiestatis celsitudine apprehensa, eius timorem concipit; et ad multa pro Christo toleranda fortitudine roboratur. Multis ergo virtutibus et donis fulget qui multum orationi incumbit» (1).

Quae cum ita sint, «arbitror cunctis manifestum esse, quod impossibile sit, absque orationis praesidio, cum virtute degere, cumque hac huius vitae cursum peragere» (2).

(1) *Principia et Docum. vita Christ.* P. I, c. 4.

(2) S. JOAN. CHRYSOS., *De orando Deum*, l. I.

*Orationis necessitas in via
unitiva*

Pro via unitiva maior adhuc, si fieri potest, apparet orationis necessitudo. Huius viae proprietas est devotio, idest voluntas ac animi dispositio « prompte se tradendi ad ea quae pertinent ad Dei famulatum » Perfectus namque ille est qui expers vitiis, virtutibusque ornatus, etiam in huius vitae fragilitatibus et periculis, cum Psalmista dicere potest : « Mihi adhaerere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam » (1) ; et cum anima fideli : « Dilectus meus mihi et ego illi » (2).

Atqui devotio, iuxta Divum Thomam est effectus orationis, et proinde quo ferventior est oratio, eo maior erit animae devotio. « Necessesse est, ait Angelicus, quod meditatio sit devotionis causa, in quantum scilicet homo per meditationem concipit, quod se tradat divino obsequio, ad quod quidem inducit duplex consideratio : una quidem ex parte divinae bonitatis, et beneficiorum ipsius ; et haec consideratio excitat dilectionem, quae est proxima devotionis causa ; alia vero ex parte hominis considerantis suos defectus, ex quibus indiget ut Deo uniatur » (3).

Igitur spiritus orationis ut causa suo effectui perfectioni religiosae conectitur ; et ideo sine diuturno orationis exercitio nunquam animus poterit sua vitia deponere, virtutum habitus acquirere, atque ad perfectam caritatem et unionem cum Deo, in qua summa est religiosae perfectionis, pervenire.

(1) *Psalm. LXXII, 28.*

(2) *Cant. Cantic., II, 8.*

(3) *Summa Theol., II, II, q. LXXXIII, art. 3, c.*

Sancti Fundatoris exemplum

Haec conclusio maiorem lucem et efficaciam pro nobis sortitur ex exemplis et verbis Patris nostri Legiferi, cuius vitae ratio debet pro filiis exemplar et normam agendi constituere.

Nemo nostrum ignorat quantus fuerit spiritus orationis, quo ipse ornatus apparuit.

« Oratio, ita in eius vita scripsit Beatus Strambi, constans eius fuit occupatio : in oratione solacium, in oratione quietem, in oratione thesaurum inveniebat. Inde a teneris annis, noctu solebat, una cum fratre Joanne Baptista, e lectulo surgere, et in parvum oratorium subter scalam se conferre, ibique divinum officium recitare atque, per noctis quietem et silentium, cum Deo in oratione agere. Annis progredientibus, affirmare licet, eius continuum exercitium orationem fuisse, ac Deo adhaerere totam eius vitae occupationem » (1).

Idem Paulus, matura iam aetate, de tempore loquens quod suam conversionem appellabat, dixit aliquando Confessario suo : « Septem saltem horas diu noctuque in oratione et aliis pietatis exercitiis insumebam. Diebus autem dominicis et festis, summo mane surgebam, et ad Oratorium pergens Confraternitatis, cui eram adscriptus, cum Sodalibus divinum Officium recitabam ; dein in Ecclesia principali, quinque continenter horis, Sacram Eucharistiam solemniter expositam genuflexus adorabam. Modica inde refectione sumpta, rursus ecclesiam petebam pro Vesperis, quibus expletis et solitaria deambulatione extra pagum peracta, finem diei imponebam, horariam meditationem in ecclesia Cappuccinorum peragendo » (2).

(1) *Vita del Servo di Dio P. Paolo della Croce*, p. 278.

(2) *Summ. super introductione*, n. 8, § 65.

Studium hoc orationis et unionis cum Deo nunquam a Paulo, toto vitae suae tempore, intermissum aut deminutum fuit, licet postea dies et annos in apostolicis laboribus insumeret, atque permulta et longa itinera et negotia profundanda et gubernanda Congregatione susciperet. Comuni oratione non contentus, diluculo mane surgebat, ut diutius in oratione permanere posset. Tempus quoque, quod ex aliis occupationibus reliquum erat, orationi diligenter impendebat (1). Pauli igitur vita, vita orationis fuit et familiaritatis cum Deo, quem praesentem semper habebat; adeo ut testis, qui longam vitae consuetudinem cum eo habuit, affirmaverit quod « oratio praecedebat, comitabatur et sequebatur omnes Pauli actiones » (2).

Eius doctrina

His positis mirum non est Paulum tam saepe suis filiis de oratione sermonem fecisse, eiusque exercitium instantibus verbis commendasse.

In eius litteris principia, hortationes, sententiae, quasi pretiosae margaritae, passim occurrunt, circa orationem; quam modo vocat « arma invincibilia ad inimicos animae superandos » (3); modo « medium efficacissimum ad confringendos hostium impetus » (4); modo « exercitium necessarium ad perfectionem procurandam et munimen validissimum spiritualis aedificii » (5); modo « cibum super-

(1) B. VINC. STRAMBI l. c.

(2) *Summ. super introductione*, n. 13 § 140. (Cfr. P. GAÉTAN. DU SAINT NOM DE MARIE, *Oraison et ascension mystique de Saint Paul de la Croix*. Appendice I. *De l'oraison du Saint*, p. 217-225).

(3) *Lettere*, IV, 44.

(4) *Lettere*, II, 17.

(5) *Lettere*, III, 370.

naturalem quo nutritur animus, ut possit fortiter et patienter omnia adversa tolerare » (1).

Post primam Regularum approbationem, ad quendam Canonicum Alexandrinum, maxime explicabat « finem primum sui Instituti consistere in adipiscenda propria sanctificatione, per completam abalienationem a creatis rebus, vitam agendo in rigorosa paupertate et in oratione et ieiunio » (2). Quibus verbis adamussim respondent quae Paulus ultimis suae vitae diebus, solemniter fassus est, suis filiis commendans una cum paupertate et solitudine, ante omnia « *spiritum orationis* » (3).

Regularum et Statutorum praescripta

At prae omnibus magis nobis considerandae sunt Regularum et Statutorum praescriptiones, quippe quae vim obligandi pro Sodalitatis membris contineant.

De re quidem agitur vobis notissima, quae tamen meminisse in praesenti iuvabit pro communi instructione et incitamento.

In Regulis, inde a primo Capitulo, edicitur « orationem esse unam ex praecipuis Congregationis nostrae partibus » (4). Exinde, praeter divinam Psalmodyam diu noctuque praescriptam, aliasque preces et exercitia pietatis, obligatio nobis imponitur binas quotidie horas meditationi incumbendi, longiori insuper tempore concesso illis qui, post nocturnum chorum, ducti fervore spiritus, velint orationem continuare (5). Regulae mandant praeterea « ut Sodales, quando

(1) *Lettere*, I, 41.

(2) *Lettere*, II, 272.

(3) *Summ. super introductione*, n. 27, § 79.

(4) *Regula*, 4, 3.

(5) *Regula*, n. 155.

iter habent, vel aliis occupationibus extra domum detinentur, diem labi non sinant, quin per horae saltem spatium orationi incumbant, tempus deligentes minus occupatum » (1); ut novitii orare doceantur, moneanturque de oratione frequentanda (2); ut studentes diligenter orationi incumbant, ne inter assidua studia perfectionis spiritus tepescat (3); ut Missionarii in sacris ministeriis obeundis orationi vacent (4), et post reditum in solitariam domum, piis meditationibus animum intendant (5). Tandem singulos Sodales his gravioribus verbis monitos volunt: « Caveant diligenter fratres, ne unquam orationem praetermittant, suoque vitio bonis magnis quae illa affert amissis, mala gravia incurrant, quae celeri solent carere remedio (6).

Nec minus decretoria sunt verba quae in Statutis inveniuntur.

In prioribus Statutis, ab ipso Fundatore redactis et Congregationi impositis, ex quibus Statuta hodierna ut plurimum derivant, haec continentur: « Curent Religiosi non solum ut orationem faciant, sed in eam ex professo incumbant, eam cordi summe habentes, quia ex oratione omne bonum pro ipsis dependet, et per eam Dominus eos dirigit, atque gratias iisdem infundit. Sciant profecto omnes, principalem imo unicum diaboli scopum esse e manibus religiosorum haec potentissima arma orationis auferre, ut eos evertat et in profundum tepiditatis proiciat; Quapropter nullo unquam praetextu, aut colore, audeant orationem omittere. Rector super hoc multum diligenterque invigilet; et quia diabolus omnia molitur et tentat ad impedi-

(1) *Regula*, n. 161.

(2) *Regula*, n. 40, 41.

(3) *Regula*, n. 183, 185.

(4) *Regula*, n. 197.

(5) *Regula*, n. 221.

(6) *Regula*, n. 162.

dam sanctam orationem, ideo omni ipse sollicitudine omni- que cura utatur, ac centum, aperiat oculos, ne ullus unquam eam omittat » (1).

Haec summae commendationis verba, in modernis quo- que Statutis quoad substantiam referuntur, ibique merito adiungitur, « Sanctum Fundatorem Congregationem spi- ritu peculiarissimo orationis atque unionis cum Deo in- nixam voluisse » (2).

Congregationis traditio

Hac de causa Maiores nostri, ut vigiles custodes spiri- tus traditionalis Instituti, semper solliciti fuerunt, ne un- quam oratio omitteretur, aut quovis praetextu impedi- retur; quippe qui experientia noverant, « orationem ro- bur esse validissimum atque omnino necessarium Ordinum Religiosorum in Ecclesia Dei, et insimul exercitium excel- lentissimum atque efficacissimum quo singuli religiosi uti valeant, ut in via virtutis et evangelicae perfectionis pro- grediantur » (3).

De hac constanti et communi traditione, testis est P. Seraphim a S. Corde Jesu, qui in suo volumine « De Consue- tudinibus », quae hactenus dicta sunt, paucis circumscri- bens, ait: « Mentalis oratio robur Ordinum Religiosorum, robur hucusque fuit et tutamen Instituti nostri. Ipsa est lapis angularis et fundamentum magni aedificii evangeli- cae perfectionis. Qui hanc removet petram, aedificium ipsum in basi subvertit, vel saltem miserrime quassat. Experien- tia id luculenter probat. Et notandum, non sola esse indi- vidua, quae hos miserrimos experiuntur effectus, quando mentalis oratio in Religione evanescit, sed Religio ipsa

(1) *Copia del primo Regolam., 1759. Regolam. quarto: Dell'ora- zione, n. 1-3 (Arch. Gen.).*

(2) *Statuta, n. 21*

(3) *Statuta, n. 21*

et Institutum deiicitur et evertitur, cum non subsistat nisi quatenus membra eius copulata se tenent cum Deo, per spiritum orationis. Id solum necessitatem iam nobis ostendit vacandi enixe huic verae pietatis exercitio, iuxta intentiones Fundatoris nostri, qui, usque ad mortem nunquam asserere destitit spiritum sui Instituti spiritum esse orationis. Nihil infelicius proinde, ita concludit, si tempus tam pretiosum nullius pro nobis esset utilitatis, vel si eius duratio reseicaretur a nobis, propter rationes quae nullius essent roboris coram Deo (1). Permultis gratiis nos ipsos defraudaremus, sine quibus, sensim sed infallibiliter, spiritus vocationis nostrae deficeret omnino» (2).

In re igitur tanti momenti, usus et traditio Maiorum nostrorum, una cum exemplis et doctrina S. Patris Legiferi, dux vitae nobis et magistra esse debet, ut secure finem vocationis nostrae assequi valeamus, et evangelicam illam perfectionem acquirere, ad quam status et professio nos vocat.

III

DE NECESSITATE SPIRITUS ORATIONIS PRO MISSIONARIIS A PASSIONE JESU

Apostolatus, finis specialis Congregationis

Secundo loco spiritus orationis considerandus est relate ad finem specialem Congregationis, qui in procuranda salute animarum consistit; huius enim pauperis ac minima Congregationis asseclae, non solum debent sibi consulere, sed etiam naviter obire opera caritatis erga proximos, (3), illos docentes opportuniori ac faciliiori modo quo

(1) P. SERAFIN A CORDE JESU, *Consuetudines*. Cap. II. n. 1, 2.

(2) IDEM l. c.

(3) *Regula*, n. 2.

fieri potest, illosque instruentes ad religiosam meditationem mysteriorum, cruciatuum et mortis Domini Nostri Jesu Christi, a quo velut a fonte, omne bonum nostrum procedit (1).

Huiusmodi apostolatus adeo proprius est Congregationis nostrae, ut eo deficiente, et finis nostrae vocationis deficeret, et Institutum ipsum sua essendi ratione, in Ecclesia, careret.

Et profecto haec fuit intentio, quam S. Paulus, ex divina inspiratione, in fundanda Congregatione habuit, ut nempe « homines formaret, qui abiectis terrenis omnibus studio paupertatis et orationis animum intenderent, ac zelo divinae gloriae repleti, totos se traderent ad honorem Dei promovendum et peccatum destruendum » (2).

Proinde Sodales novi Instituti esse debebant « operarii, qui sanctitate praediti, et Spiritus Sancti virtute inflammati, ut tubae resonantes, animos hominum, peccatorum somno oppressos, per praedicationem ad veram poenitentiam excitarent, et ad amorem Dei, bonorumque operum exercitium ducerent » (3).

Ad hunc finem Paulus ipse per longam vitae aetatem totus insudavit, nullis parcens laboribus et sacrificiis, quibus ad paenitentiam pene innumeros peccatores adduxit, adeo ut in Ecclesia Dei « animarum venator, Evangelii prece et lucerna fulgens » appellari meruerit (4).

His exemplis et praeceptis omnes Congregationis assecclas duci oportet, si sua vocatione dignos esse velint; et proinde quilibet Instituti Sodalibus missionarius esse debet, prout eius vires sinunt et animi facultates.

(1) *Regula*, n. 3.

(2) *Lett.*, IV. 220.

(3) *Lett.*, IV. 229.

(4) *Antiph.* ad « *Magnificat* » in II *Vesp.* *Festi.*

Apostolatus vis et natura

Iam vero apostolatus, qui ad salutem animarum dirigitur, sine spiritu orationis esse nequit.

« Omnium divinatorum divinissimum est cooperari Deo in salute animarum » (1). « Missionarius est Christi legatus, qui ad populum contumacem verba reconciliationis et pacis defert; est Christi apostolus, qui sedentibus in tenebris et umbra mortis, bonum nuntium et verba salutis proclamat; est vir potens opere et sermone, ad cuius imperium caeci vident, surdi audiunt, claudi ambulant: ignorantia depellitur, aures patent conscientiae stimulis, et *minis* divinae iustitiae, ora aperiuntur ad orationem et ad laudem et benedictionem divini nominis » (2).

At quomodo poterit missionarius hos mirabiles effectus producere et tam praecellenti officio fungi, nisi Deo intime adhaereat, et per spiritum orationis lumen, amorem et vires hauriat, quibus eius infirma et imbecillia verba efficaciam supernaturalem sortiantur? Profecto nisi caritatem divinam habeat, cuius « ignis in meditatione exardescet » (3), nihil aliud erit nisi « aes sonans aut cymbalum tinniens » (4).

Testimonia et auctoritates

« Exterior industria et labor Sacerdotis, ait quidam, ut bonis fructibus sint fecunda, debent ex interiori virtute procedere, velut sapidus fructus divinarum gratiarum, quae

(1) PSEUDO-DIONYSIUS, *De cael. Hierarchia*, c. III.

(2) P. STANISLAO DELL'ADDOL. C. P., *Il Missionario Passionista*, P. I, c. I, n. I.

(3) *Psal.* XXXVIII, 4.

(4) *I Cor.* XIII, 1.

ex unione cum Deo hauriuntur. Apostolatus, omnis quidem apostolatus, sed praesertim apostolatus verbi, qui ad illuminandos spiritus dirigitur, imber est illius luminis, quo Deus animam apostoli replet, ut inde in animas fratrum veritatem sitientium effundat. Operositas mere exterior, vitae ratio concitatis et vertiginosis actibus distentae, se totum tradere permultis disparibusque inceptis usque ad sui et Dei oblivionem, res est qua nihil magis contrarium et oppositum vero et supernaturali apostolatui concipi potest » (1).

Christus, apostolatus auctor et apostolorum exemplar et magister, una cum labore in evangelizandis populis impenso, constanter orationis et vitae interioris cultum provexit, in loca solitaria secedens, ut in oratione Dei permaneret (2). Idipsum apostolos suos docuit; eos namque e praedicatione revertentes, in desertum locum invitavit (3); imo post resurrectionem, ipsis ministerium conferens per totum mundum Evangelium praedicandi, voluit ut hoc opus minime inciperent, nisi prius induerentur virtute ex alto (4), cui se praepararent « in oratione unanimiter perseverantes » (5).

Ex Christi doctrina et exemplis S. Albertus Magnus haec sumit documenta, quae optime rei nostrae conveniunt. « Christus in sua transfiguratione demonstrabat lucem suae speciei contemplantibus in monte; dein lucem suae potentiae activis in valle. Haec enim dies duae, sunt activorum et contemplativorum quasi duae illuminationes. In prima illuminat mirabiliter a montibus aeternis; in secunda clamat: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non

(1) PUCETTI O. P., *Sant'Alberto Magno*, p. 49.

(2) MARC. I. 35; LUC. V, 16; IX, 28.

(3) MARC. VI, 31.

(4) LUC. XXIV, 49.

(5) *Acti*, I, 14.

ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Et hoc est in sequenti die, quia prima est lux contemplationis in fulgore verbi. Sequens autem dies actionis in virtute operationis verbi, quia actio informatur ex contemplatione » (1).

Etiam: « Jesus secedebat a turbis ut oraret, in hoc instruens nos, quod quantumcumque sit utilis occupatio, tamen aliquando ab ea declinandum est ad contemplationem. Et hoc notat cum dicit: secedebat, hoc est seorsum a turba cedebat in desertum locum: et orabat, affectum pueri coram patre suo secreto exponebat. Sicut enim continuo ad exteriora motu spiritus in vigilia attenuatur et inanitur et destituitur, per somnum autem ad interiora reductus, ad fontem spiritus qui est cor, confortatur et impletur et instauratur, ita est in actione in qua spiritus distrahitur et hebetatur et debilitatur, in contemplatione autem et oratione ad Deum fontem vivum recurrens, inspissatur et acuitur et confortatur » (2).

Quid Regulae doceant

Idipsum autem in Regulis nostris aperte commendatur. Cur enim statuunt recessus in remotis locis esse fundandos, nisi « ut pii Sodales, post apostolicos labores pro divina gloria et animarum salute obitos, procul ab hominum frequentia et saeculari strepitu, secedant, soli intenti bono spiritus, orationibus, ieiuniis et aliis piis exercitationibus, quibus magis magisque inflammati expeditiores fiant ad uberes divini verbi, per ipsos spargendi, fructus colligendos » (3) ?

Non igitur tantum pro reficiendis corporis viribus missionarii nostri debent statis temporibus apostolicos labo-

(1) *In Luc.*, Cap. IX, 37.

(2) *In Luc.*, Cap. V. 16.

(3) *Regula*, n. 10.

res interrumpere, sed etiam et quidem maxime, « ut ad Crucifixi pedes spiritum reficiant piis meditationibus » (1). Et bene notandum, quod iuxta antiquiorem textum Regulae a Commissione Cardinalitia, anno 1760, propositum, missionariis obligatio imponebatur. per decem dies exercitiis spiritualibus vacandi, quoties ex missionibus in solitariam domum redibant (2). Quod quidem declarat quanti Fundator et ipsa Ecclesia facerent spiritum orationis et vitam interiorem pro supernaturali apostolatu.

*Patris Legiferi exemplum
et doctrina*

Ceterum vita ipsa Fundatoris nostri optimum documentum est eiusdem veritatis.

Udenam, quaeso, hausit Paulus spiritum illum ac fervorem, quo celeberrimus evasit illius temporis missionarius, et pene innumeros peccatores ad Crucifixum convertit, nisi ex oratione et unione cum Deo? « Ex Vulnerebus Christi » ipse didicit sapientiam quae apostolos efficit; « in Sanguine Christi ad labores » confortatus fuit; et « per Passionem Christi », quam semper in corde et in mente habuit, gentes ad paenitentiam reduxit (3).

« Ut idoneus minister apostolicus fias, ita Paulus ad Sodalem Congregationis scribebat, debes vitam interiorem colere, avulsus ab occupationibus quae mentem distrahunt, saepe saepius, imo si fieri potest, millies per diem in sinu Dei, amore et fide te raptim recipiendo » (4). Alteri item vicissim inculcabat ut ad missiones se disponeret praeser-

(1) *Regula*, n. 221.

(2) *Arch. Gener.*

(3) *Antiph. ad « Magnificat » in II. Vesp. Festi.*

(4) *Lettere III*, pag. 146.

tim animi recollectione et exercitio omnium virtutum (1). Omnibus autem Sodalibus, inter alia summe commendabat «ut in missionibus agendis, Deum praesentem cogitarent, et bonus Christi odor in omni loco fierent, per eorum sanctam conversationem, quo magis magisque suis laboribus divinam benedictionem consequerentur » (2).

*De eximiis missionariis
Sodalitatis*

Haec Patris Legiferi documenta expressa quoque inveniuntur in vita et actibus Maiorum nostrorum, qui maximi fuerunt Evangelii praecones.

Exemplum esto Thomas ille a Latere Jesu, columna Congregationis a Fundatore vocatus, qui innumeros peccatores convertit et lumen praefulgens extitit Sodalitatis nostrae. Quamvis ipse a natura dotes omnes, quae oratorem efficiunt, sortitus esset, nihilominus bonum exitum suae praedicationis orationi tantum et vitae interioris vigori tribuebat. En quomodo ad amicum scribens suam mentem manifestat: «Oh, quam fallitur mundus! Credimus Deum res magnas et peccatorum conversiones operari per illos missionarios, qui orationi non incumbunt, neque a rebus mundanis sunt abstracti. Pro me loquor: nunc enim missionibus operam dare non auderem, nisi adductus obedientia. Quid rei est, quod tam pauci apostoli fere universum mundum ad fidem Christi et ad paenitentiam converterunt? Cum perpolitos habemus sermones, nos idoneos putamus ad missiones faciendas. En, amice carissime: missiones nos facere posse pronuntio cum nobis interior sit bene ordinatus cum maxima animi recollectione. Si ver-

(1) *Lettere*, III., 148.

(2) *Lettere*, IV, 270, 271.

ba ignea non fuerint, haud vitia destruent; imo nec araneam e foramine removebunt » (1).

Liceat etiam exemplum addere alterius missionarii, nostris temporibus propioris, et quidem zelo divinae gloriae, animarum conversione, et mirabilibus factis apprime nobilitati. Venerabilem Virum loquor Dominicum a Matre Dei, cuius laus est, in Processibus Apostolicis, « fere incredibilia esse quae opere et scriptis egit, ad Dei gloriam et ad salutem animarum procurandam » (2).

Verum hanc eius miram apostolatus vim, e spiritu orationis manabat; « mirabantur enim homines, ita in Processibus legimus, in Venerabili Viro, tam arctam cum Deo coniunctionem et tam continuum precandi studium » (3).

Eminentissimus Cardinalis Laurenti, felicitis recordationis, vir eximiae pietatis et eruditionis, Romae ad Sacerdotes loquens in primo Congressu Eucharistico Romano, ad rem aiebat: « Servus Dei P. Dominicus a Deipara, *inter orandum* cordi inspirationem habuit, quae illum impulit, ad animas Deo quaerendas in remotis Angliae regionibus. Ivit, opus incepit, Deo tantum et oratione confisus, et ad ipsum animi se verterunt. Protestantes plurimi, qui coram peritis copiosisque oratoribus et in eruditorum librorum lectione indifferentes remanserant, humiliter ex eius ore verba vitae et veritatis susceperunt ». Unde Eminentissimus Vir coniciebat, quod et nostra est conclusio: « *spiritum scilicet orationis et unionis cum Deo vim apostolatus et veram esse rationem cuiusque boni successus* » (4).

Missionarius ergo, qui per assiduam orationem in Christo manet, « hic fert fructum multum » (5), quia tunc Chri-

(1) *Memorie dei primi Compagni di S. Paolo della Croce*, p. 180.

(2) *Nova Positio super Virt.*, p. 15.

(3) *Nova Positio etc.*, l. c.

(4) *Atti del Congresso Eucarist. di Roma*. Franc. Ferrari, Roma.

(5) S. AUGUST. *De Doctrina Christ.*, I, 4.

stus manet in eo, ad eius zelum inflammandum, ad disertam eius linguam faciendam, et ad incrementum dandum eius operibus. Quapropter Sodales nostri, ut veri fiant Missionarii « in omni opere bono fructificantes » (1), debent in seipsis spiritum orationis colere et fovere, et « priusquam linguam exserant proferentem, ad Deum animam sitientem levare, ut eructent quod biberint, et quod impleverint fundant » (2).

IV

DE MEDIIS AD SPIRITUM ORATIONIS CONSEQUENDUM

His praemissis, quaedam practica documenta iuvabit addere, ex vita et doctrina Fundatoris nostri et ipsa deprompta.

Certum est ad finem aliquem consequendum media apta esse adhibenda. Quanam autem media ad spiritum orationis perducant, paucis sapienterque edicunt Statuta, quae multorum annorum experientiam referunt, divino lumine illustratam.

In his porro legimus : « exercitium orationis nunquam feliciter obventurum, neque profuturum, nisi Sodales omni studio, recollectioni spiritus, memores praesentiae Dei, studuerint ; solitudinem amaverint ; mortificationem internam et externam coluerint ; et fideliter diligenterque vel minimas Sanctarum Regularum praescriptiones observaverint » (3).

(1) JOAN. XV, 5.

(2) Colos. I, 10.

(3) Statuta, n. 27.

Spiritus recollectio quanti sit facienda:

Primo loco igitur necessarium est studium sanctae recollectionis cum Dei praesentiae memoria, quia recollectio est quae «et animum ad meditationem instruit, et spiritum orationis in nobis creat» (1).

Enimvero, ut ex superius dictis manifestum est, animi recollectio idem est ac oratio virtualis, haec autem elementum spiritus orationis constituit. Hinc sapienter scribit Cardinalis Bona: «Praecepta orandi a sanctis viris data, minime sufficiunt, nisi adsit continua cordis et sensuum custodia, sine qua spiritus orationis haberi nequit. Cor enim tota die dispersum et dissipatum, et in variis hominum fabulationibus occupatum, quomodo poterit in oratione ad Deum accedere, et de maximo salutis negotio cum illo agere? Magna haec hominum illusio est, se posse, brevissimo temporis intervallo, rem homini terreno difficillimam tractare, a qua tota die alieni fuerunt, et de qua antea ne quidem cogitarunt» (2).

Vera et unica orandi ratio, iuxta Fundatorem nostrum, in hoc consistit, quod quis, per diem, mentem suam a profanis et illicitis cohibeat, et Deum praesentem cogitet (3). «Qui semper coram Deo ambulat, ita pluries in suis litteris repetit, continuam orationem faciet (4), et in omni loco orabit (5); dum sine animi recollectione omnia in casum cadent» (6).

(1) NOVAL, *Theol. ascet. et myst.*, p. 88.

(2) *Principia et docum. vitae christ.*, P. I. cap. XLV.

(3) *Lett.*, I, 545.

(4) *Lett.*, I. 611; III, 698.

(5) *Lett.*, I, 174.

(6) *Lett.*, III; 122.

Hac ductus ratione, Vir Dei, qui suos filios homine orationis cum Deo futuros esse cupiebat, saepissime illis exercitium praesentiae Dei et recollectionis in Regulis et Statutis commendat.

Vult ipse ut « tempus quod supererit ex communibus exercitationibus et particularibus officiis caritatis erga proximos, Sodales studeant pie insumere, et silentium ament » (1); ut « vel inter epulas, divinorum meditationi dent operam » (2). ut « in itineribus, erectam pro viribus habeant in Deum mentem » (3); ut « etiam in lecto Deum et Angelos praesentes cogitent » (4); et per diem, dum in cubiculo consistunt, « Sanctissimum Crucifixum ob oculos habeant, in eius Vulneribus frequenter se abscondant, omni studio adnitentes, ut assuescat animus, saepe in illum amoris iacula dirigere, ut ita Deo intenti etiam inter negotia esse queant » (5).

Nisi mens in sanctis desideriis et affectibus continuo versetur, nullus erit spiritus orationis, et tempus meditationis ad inanium phantasmatum et alienarum cogitationum vicissitudinem reducetur.

« Multos, ait Augustinus, orantes video; corpus prosternunt, collum curvant, Deum adorant; video corpus ubi iaceat, quaero ubi volitet animus; video membra iacentia, videamus si stat conscientia, si fixa est in eum quem adorat: si non cogitationibus plerumque tanquam aestu maris abripitur, et tempestate tollitur in aliud atque aliud » (6).

« Attende ergo et vide, ita monet sanctus Doctor, quae et quanta per diem aguntur in corde tuo; claude ostium

(1) *Regula*, n. 232.

(2) *Regula*, n. 234.

(3) *Regula*, n. 288.

(4) *Regula*, n. 240.

(5) *Statuta*, n. 44.

(6) *In Psalm. CLX*, 18.

animae tuae vanis et importunis cogitationibus ; coram Deo tota die ambula et in tempore orationis eum cito invenies, eiusque frui supernaturalibus communicationibus dabitur » (1).

De solitudinis amore

Sed ad spiritum orationis secundo loco solitudo et secessus inserviunt ; nam frequens cum hominibus conversatio cor ad terrena allicit et a caelestibus rebus abducit.

Christus Jesus, ut oraret, solitaria loca petebat, longe ab hominum frequentia, quia in solitudine Deus ad cor loquitur (2), et in ea cor magis dispositum invenitur ad Deum audiendum.

Refert B. Vincentius M. Strambi « S. Paulum a Cruce affirmare consuevisse silentium et solitudinem media esse potentissima et efficacissima ad animum in divinae bonitatis cognitionem et amorem perducendum » (3).

Haec ceterum erat ipsius Pauli agendi ratio. In quadam sua epistola ita de se scribit : « Ubi primum ea quae agenda sunt explevi, illico me in solitudinem recipere debeo, et parum in conspectum hominum prodire : Deus hoc vult. Qui saepe cum hominibus agit, minor fiet homo » (4). Et in alia epistola ait : « Quo minus quis agit cum creaturis, eo maiorem consequitur introductionem ad Dei amorem et familiaritatem » (5).

(1) *De Serm. Domin.*, II, II.

(2) *OSEE*, II, 14.

(3) *Vita del Servo di Dio P. Paolo della Croce* p. 281.

(4) *Lett.*, I, 201.

(5) *Lett.*, I, 635.

Mortificationis necessitas

At hoc solitudinis studium, animum supponit a rebus mundanis abstractum, et ab inordinatis passionibus liberum, quod obtineri nequit sine interna et externa mortificatione. Et re vera, nemo in solitudine vivit, nisi mundo renuntiaverit; nemo liber erit ac solutus inordinatis affectibus, nisi sollerti cura, animi inordinata, armis mortificationis, resecaverit.

Hinc apte tertio loco Statuta mortificationem internam et externam nobis commendant, ut medium necessarium ad spiritum orationis colendum.

Communis est doctrina inter doctores asceticos, non posse spiritum orationis existere sine mortificationis diuturna exercitatione (1). In libro « De itinere ad perfectionem » S. Theresia scribit: « Ad agendam bonam ac veram orationem nos uti debemus mortificatione, quia oratio et corporis blanditiae simul esse non possunt » (2). Luculentissima sunt etiam quae in litteris S. Patris nostri ad rem proferuntur. En quaedam eius sententiae. « Mortificatio interna et externa alae sunt, quae ad Deum in sancta oratione nos deferunt (3); Sine mortificatione homines orationis esse non possumus (4); Mortificatio lapis est aedificii spiritualis (5); eaque deficiente, neque tranquillitas animi neque profectus spiritualis esse potest » (6).

In primis autem Regulis, quae magis directe et immediate eius spiritus fervorem et Dei lumina referunt, post-

(1) TANQUEREY, *Compendio di Teol. ascet. e mist.*, P. I, Cap. III.

(2) *Cammino della Perf.*, C. IV.

(3) *Lett.*, I, 94.

(4) *Lett.*, IV, 293.

(5) *Lett.*, IV, 292.

(6) *Lett.*, III, 409.

quam statuit ad evangelica consilia servanda necessarium esse spiritum orationis, consulto quaerit: « Sed quomodo sine abstinentia ad spiritum orationis perveniemus? *Bona est oratio cum ieiunio*; seu oratio bene et fructuose fiet, si una cum operibus paenitentiae societur » (1).

De fidei Regularum observantia

Tandem ad spiritum orationis fovendum Statuta nobis proponunt fidelem et diligentem observantiam omnium vel minimarum praescriptionum Sanctae Regulae (2). Et profecto nemo poterit in oratione fiducialiter cum Deo agere, eiusque frui intima communicatione, si ab eo per diem continuis defectibus ac Regularum voluntariis transgressionibus secedere nunquam intermiserit.

Insuper, ut initio huius epistolae declaravimus, opera bona ex intentione Deo placendi facta, vim impetrativam in se habent, orationem virtualemente constituunt, et hoc ipso practica praeparationem ad actualem meditationem formant, iuxta illud effatum etiam a Patre nostro citatum: « Semper orat qui bene agit » (3). « Volat utique, subdit Augustinus, oratio pennis adminiculata virtutum, et quo Christus perrexit, facilius perferetur in caelum » (4); Plus enim attendit Deus quid vivas quam quid sones » (5).

(1) *Regula*, 1741.

(2) *Statuta*, n. 27.

(3) *Lett.* I. 537.

(4) *Sermo* 206, 3.

(5) *In Psalm.* CXLVI, 2.

Conclusio et exhortatio

His igitur quatuor mediis, Fratres et Filii dilectissimi, nobis potissimum utendum est, ut spiritum orationis assequamur. Spiritus iste tantopere a Patre nostro Legifero commendatus, et potiozem partem eius sacrae haereditatis constituens, omnino nobis necessarius est, ut fuse probavimus, ad finem tum generalem tum specialem Congregationis nostrae consequendum; et proinde quisque nostrum pro certo habere debet, se nunquam ad perfectionem evangelicam perventurum, neque idoneum futurum Evangelii operarium, nisi spiritum orationis habeat.

Hinc etiam concluditur, defectum orationis magnum animae detrimentum, maximumque periculum vocationis amittendae constituere. Unde quaeso tepiditas illa et maxima spiritus remissio, qua interdum Religiosos bonis operibus vacuos, et sibi, Communitati et animabus fidelium inutiles, imo perniciosos reddit? Unde lugendae illae desertiones quae Congregationem, matrem nostram, dolore afficiunt, et fidelibus sunt offensionem et scandalo? Nonne ex defectu orationis? « Nemo vitiosus, ait Bona Cardinalis, nemo desertor, qui non prorsus orandi studium abiecerit » (1). « Sunt profecto, addit Augustinus, qui in orando languescunt. In novitate suae conversionis ferventer orabant: postea languide, postea frigide, postea negligenter. Securi fiunt » (2).

Ipsi quidem dormiunt, sed vigilat hostis, qui oratione deficiente, per quam gratiae divinae profluunt, eos facile Deo rebelles et Religioni apostatas facit.

Proinde, Fratres et Filii carissimi, super omnia nobis orationi insistendum est. Nos oportet orare, cum statis tem-

(1) *Principia et docum. vitae Christ.*, P. I, Cap. XLIV.

(2) *In Psalm.* XLV, 24.

poribus Regulae ad orationem nos vocant; nos oportet orare sine intermissione, per diem Deum praesentem cogitando, et ad illum bona opera nostra purissima intentione referendo.

Tunc demum «securi erimus, quia si nunquam amota a nobis fuerit deprecatio, nunquam erit amota a nobis misericordia Dei» (1), qua innixi, spirituque orationis adiuti, evangelicam perfectionem consequemur, et optimi erimus Evangelii operarii in aedificationem et sanctificationem multorum.

Omnium quidem Sodalium cura et sollicitudo haec esse debet, sed in primis Superiores urget obligatio, quippe qui, iuxta Sacros Canones, curare teneantur ut Religiosi quotidie orationi tum vocali tum mentali vacent (2), et secundum Congregationis Statuta prospicere, «ut statis horis omnes adsint ad orationem faciendam, neque ulli permissionem concedant sese a tali exercitio eximendi, sine gravi et urgenti necessitate» (3).

Secure confidimus, hac via et ratione, in Congregatione nostra, una cum materiali progressu et Sodalium incremento, progressum quoque spirituales et incrementum perfectionis et sanctitatis nunquam defuturum; Filios ipsam magis magisque frequentes habituram et missionarios virtute et sermone conspicuos; et iuxta votum et promissionem Sancti Fundatoris, in totam aeternitatem coram Deo et hominibus cum splendore esse mansuram.

Interim, dum Deum deprecamur ut supra Congregationem universam «spiritum gratiae et precum» effundat, vos etiam atque etiam oramus «ut nos adiuvetis in orationibus vestris ad Deum» (4).

(1) S. AUGUST., l. c.

(2) Can. 585.

(3) *Statuta*, n. 22.

(4) *Rom.* XV, 30.

Paternam tandem benedictionem vobis impertientes, gaudio plena cunctis optamus ventura Natalitia Domini et ineuntis anni solemnia, ac per intregum annum omnia fausta et felicia. « Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum » (1).

Romae, ex Recessu SS. Joannis et Pauli, in festo Immaculatae Conceptionis die 8 Dec. 1938.

TITUS A S. PAULO A CRUCE
Praep. Generalis

ALOISIUS A S. CAROLO
Ab. Actis

Haec epistola, in linguam vernaculam translata, publice in triclinio legatur.

(1) I *Corinth.*

ACTA CURIAE GENERALIS

I

INDICUNTUR PRECES PRO CONGREGATIONE PRAEPARATORIA SUPER
MIRACULIS B. GEMMAE GALGANI VIRGINIS (I).

TITUS A S. PAULO A CRUCE

PRAEPOSITUS GENERALIS

CONGREGATIONIS SS. CRUCIS ET PASSIONIS D. N. J. C.

OMNIBUS GONSODALIBUS SALUTEM.

Congregatio, quae dicitur *Praeparatoria*, super miraculis, propositis pro Canonizatione B. Gemmae Galgani virginis, habebitur die decima quinta proximi mensis Novembris.

Quapropter mandamus die dicta solitam Expositionem atque Adorationem Sanctissimi Sacramenti fieri ab hora nona ad meridiem, ceu alias praescriptum fuit (*cf.* — *Acta* — *vol. XIII, a. 1937, pag. 352*).

Hanc occasionem arripimus commendandi omnibus Superioribus ut sedulo per se vel per alios colligant a Cristifidelibus oblationes ad effectum de quo agitur. Etenim jam apparet Canonizationem peroptatam diutius non fore differendam, si praesto foerint subsidia pecuniaria, quae vero adhuc desiderantur.

Interea benedictionem nostram omnibus Vobis peramanter impertimus.

Datum Romae ad SS. Joannis et Pauli die 15 Oct. 1938.

TITUS A S. PAULO A CRUCE

Praep. gen.

L. ☒ S.

ALOISIUS A S. CAROLO
secretarius.

ADNOTANDUM

Congregatio, de qua in relata epistola, exitum felicissimum sortita est; quapropter nunc paratur Positio pro Congregatione Generali coram Summo Pontifice.

(1) Haec Rev.mi Praep. Gener. epistula ad omnes Recessus, ad quos tempore utili pervenire poterat, seorsum expedita fuit.

II

INDICUNTUR PRECES PRO CONGREGATIONE GENERALI CORAM
SUMMO PONTIFICE SUPER MIRACULIS BEATAE GEMMAE
GALGANAE VIRGINIS.

TITUS A S. PAULO A CRUCE

PRAEPOSITUS GENERALIS

CONGREGATIONIS SS. CRUCIS ET PASSIONIS D. N. J. C.

SUPERIORIBUS ET RELIGIOSIS OMNIBUS

SALUTEM IN DOMINO.

Annuntio vobis, una cum gaudio magno diei natalis Domini huiusce labentis anni, etiam causam communis exultationis. Die 24 Januarii novi anni 1939 coram Summo Pontifice habebitur Congregatio Generalis super miraculis B. Gemmae Galgani Virginis. Et hoc fausto nuntio satis superque innotescit omnia a Sancta Ecclesia parari pro suprema glorificatione Virginis Lucensis, quae multiplici ratione decus et honor est umilis Congregationis Nostrae.

Verum defectus ingentis pecuniae, ad Canonizationis necessariae, animum nostrum valde angit. Qua de re properate, fili carissimi, praecipue vos Praepositi Provinciales et Superiores locales, stipem colligere a Christifidelibus et mittite Romam quamprimum, ne deficiamus debito nostro coram universa catholica familia, quae maxime cupit Beatam Gemmam sanctorum cultu condecorari.

Ideo solitas preces imperamus (cfr. Acta, an. 1937, pag. 245) persolvendas in omnibus Recessibus, ad quos hoc nuntium tempore congruo pervenerit.

Interim omnibus vobis, dilectissimi, peramanter in Domino benedicimus.

Romae, die 14 Dec. 1938.

TITUS A S. PAULO A CRUCE

praep. Generalis

L. ✠ S.

ALOISIUS A S. CAROLO

a Secretis

POSTULATIO GENERALIS

OBLATIONES PRO CAUSIS BEAT. CANONIZ.

C. N. PROMOVENDIS

E RECESSU SS. IOAN. ET PAULI	
A. R. P. Innocentius	L. 50
Aliqui Sarcedotes	» 232,50
E RECESSUS AD ARCEM PAPALEM	
P. Seraphinus	» 50
E PROV. B. V. M. DOLOROSAE	
A. R. P. Philippus	» 50
E PROV. B. V. M. A PIETATE	
Sacerdotes Recessus (Recanati)	» 320
P. Bernardinus a Jesu Infante	» 130
P. Mansuetus (pro P. Bernardo)	» 70
E recessu (Moricone) “ “	» 125
P. Romualdus (pro P. Bernardo)	» 50
P. Bartolomeus (pro P. Bernardo)	» 90
E PROV. S. JOSEPH	
P. Clemens e Recessu (Herne Bay) (pro Gemma)	» 150

E PROV. S. CORDIS JESU		
Recessus (Irún) (pro Gemma)	L.	271,60
Recessus (Deusto) » »	»	46,70
» » » »	»	1,70
E PROV. PURISS. CORDIS MARIAE		
P. Henricus	»	10
Recessus (Cameri)	»	140
E PROV. IMMACULATAE CONCEPTIONIS		
A. R. P. Provincialis (pro Gemma)	»	420
Rector Recessus (Jesús Maria) (pro Gemma)	»	115
E PROV. LATERIS CHRISTI		
P. Ambrosius	»	90
P. Aloisius	»	130
P. Generosus	»	170
E PROV. S. FAMILIAE		
A. R. P. Provincialis (pro Gemma)	»	300
P. Fulgentius	»	83
P. Benitus	»	90
E PROV. S. GABRIELIS A V. PERDOLENTE		
Curia Provincialis (pro Gemma) Franc. 1000	»	641
N. N. e Recessu (Wesembeek) (pro Gemma) Franc. 150	»	96
E Recessu (Diepenbeek) Pro Gemma Franc. 40	»	25,60
E Recessu (Ere) » » 50	»	32
E Recessu (Courtrai) » » 350	»	224
E Recessu (Wesembeek) » » 160	»	102,10
E PROV. PRETIOSISS. SANGUINIS		
Rector Recessu (Peñafiel) (pro Gemma)	»	200
E PROV. MATRIS S. SPEI		
Rector Recessu (Haastrecht) pro Gemma	»	299
Rector (Mook) pro Gemma	»	1017
» » » pro P. Carolo	»	771
E PROV. CALVARIII		
A. R. P. Ignatius (pro Gemma)	»	100
E PROV. S. PATRITI		
Rector Recessu (Dublin) pro P. Carolo	»	750
» » » » » »	»	2500

COMMUNICATIONES ET MONITA

I

DE IEIUNIO REGULARI SERVANDO

Festa particularia alicuius loci vel regionis quae non sunt de praecepto aut ex iis quae habentur in « Collectione Caeremoniarum et Precum » non liberant ab obligatione servandi ieiunium regulare, ideoque si occurrant feriis IV et VI, aut sabbato, quamvis ob populi concursum aliquaes functiones in nostris ecclesiis habeantur, ieiunium regulare nihilominus servandum est ad normam Const. nn. 134-135.

II

DE AMMINISTRATIONE TEMPORALE

Ad normam Constitutionum nn. 102, 103, Curiae Generalis, in coetu d. 24 Nov. 1938 habito, summam sumptorum insuetorum et debitorum, quam Rectores cum suo ipsorum Vicario impendere possunt, auxit e 25 U. M. N. ad 40; firmis manentibus omnibus dispositionibus ad rem in eiusdem Curiae coetu plenario, d. 15 Dec. 1930 habito, datis (I). Praesenti igitur decreto obrogatur tantum normae, qua cavebatur quam facultatem Rectores cum suo quisque Vicario habent.

In commodum autem Superiorum heic iterum indicem facultatum pro administratione temporali referimus cum immutatione inducta.

Facultatem habent:

I) Pro expensis et debitis administrationis localis.

1. Rector cum suo Vicario usque ad 40 U. M. N.
2. Rector cum consensu Capituli loc. 250 U. M. N.
3. Rector cum consensu Capituli loc.
et Curiae Provincialis 5000 U. M. N.

II) Pro expensis administrationis Provincialis.

1. Praep. Prov. cum suo Oecono mo usque ad 250 U. M. N.
2. Praep. Prov. cum suo Consilio usque ad 5000 U. M. N.

I Cfr. Acta. an. 1931 p. 136 n.

DE NUNTIO FUNEBRI MITTENDO

III

Iampridem in hac ephemeride pro nuntiis funebribus exarandis normae datae sunt, quaeque, ne memoria exciderent, inde ab anno 1930 cuiusque fasciculi praepositae sunt necrologio. Nihilominus ad id tempus non desunt qui vix tempus mortis adscribunt, sine ullo alio indicio, de quibus in citatis normis. Rursus igitur omnes ad quos pertinet enixe rogantur, ne quid exarandi nuntio funebri omittant, et schedas iuxta novas normas conficiant.

Pluries apud Secr. Gener. Superiores Missionum Congoensis et Dodomensis, quod Fratrum mortis nuntium non receperint conquesti sunt.

Hoc ea propter accidisse arbitramur, quod non omnes Rectores nova istarum Missionum domicilia cognoscant, quippe quae non referuntur in Elencho Prov. et Recessuum edito an. 1930. Ne autem in posterum sodales nostri defuncti diu debitis suffragiis careant, utriusque Praefecturae Apost. domicilia hic subnectimus, ut Rectores omnes ad earumdem Superiores nuntios funebres mittere non praetermittant ad normam Stat. n. 150.

V. Rev. Apostolic Prefect C. P. Romam Catholic Mission
KONDOA-IRANGI O. P.
Tanganiyka Territory. B. E.
AFRICA

T. R. Préfect Apostolique C. P. Mission Catholique
TSHUMBE-STE. MARIE (Sankuru) Congo Belge
AFRIQUE

BIBLIOGRAPHIA

MONITUM

Meminerint Sodales nostri omnium operum quae a nostris eduntur, etiamsi tantum novae editiones sint, bina exemplaria ad Secretarium Generalem Congregationis mittenda esse, tum ut in Archivo Generali Congregationis omnia a nostris edita

opera, licet exiguae molis, haberi et servari possint, tum ut de iisdem in hoc Commentario notitiam dare valeamus.

Hoc monitum dirigitur praesertim ad Superiores et ad ipsos Scriptores nostrae Sodalitatis.

P. PIERGIOVANNI DI GESÙ E MARIA C. P. *L'autore italiano dell'Imitazione di Cristo: Giovanni Gersen* (Tipografia dell'Unione Biellese 1938) pag. 302, cm. 20 x 14,5.

Pius auctor aurei libri *de Imitatione Christi*, suae doctrinae inhaerens verbis illis expressae: « Ama nesciri et pro nihilo reputari » (l. 1, c. 2, 3), et « Non quaeras quis hoc dixerit; sed quid dicatur, attende » (l. 1, c. 5, 1), nomen suum ignotum esse voluit; sed studium veritatis cognoscendae, cui se addidit amor patriae et proprii Ordinis religiosi, effecit ut inde ab initio saeculi XVII acris disputatio oriretur de libri auctore. Immensa est moles operum, quae de re scripta sunt; nomina tantum scriptorum in praesenti opere sex replent paginas, quarum unaquaeque duplicem exhibet columnam parvo caractere conscriptam.

Qui velit claram ideam de tam controversa quaestione habere, legat hoc opus, quod noster P. Petrus Ioannes magna cum doctrina et labore composuit, quodque prooemio adornavit Emmanuel Sella, professor in Universitate Ianuensi.

Argumentum enim et pretium libri *de Imitatione Christi* lucide hic exponuntur; lingua et stilus examinantur; de tempore disseritur, cui ex criteriis tum internis tum externis liber noster tribui debet; codices numerantur ac praecipui describuntur; argumenta omnia discutiuntur in favorem allata huius vel illius auctoris, a praesertim Thomae a Kempis et Ioannis Gersen, pro quo tam validae militant rationes, ut verus libri auctor dicendus sit. Ioannes Gersen saeculo XIII floruit; natus in pago *Cavaglia*, dioecesis Vercellensis, Ordinem S. Benedicti ingressus, abbas fuit S. Stephani Vercellensis.

Finis autem praecipuus, quem P. Petrus Ioannes in suo egregio opere assequi studuit, alius non est nisi « multas animas inducere ad parvum et celeberrimum hunc tractatum legendum et meditandum », ut lucem veritatis, Dei amorem, pacem et consolationem inde hauriant (pag. 3).

P. APOLINAR DE LA MADRE DE DIOS, PASIONISTA, *Mi libro: Manual de los devotos de la Pasion*. 2. ed. (Buenos Aires 1936) pag. 512 cm. 14 x 8,65.

In gratiam praesertim Sodalium Confraternitatis a Passione, Auctor hanc opellam conscripsit, quae primo edita anno 1925 (cfr. *Bollettino*, vol. VI, pag. 252), nuper iterum apparuit. In prima parte (pag. 1-98) indoles et statuta Confraternitatis explicantur, vertendo in linguam hispanicam quae habet in suo manuali italico noster Rev. mus P. Stanislaus a Virgine Perdolente; in secunda parte (pag. 99-258) preces, meditationes ac devota exercitia in honorem Christi Crucifixi proponuntur; in tertia (pag. 259-504) preces et exercitia varia ad christianam pietatem alendam.

Duplex iam habita editio ostendit quam acceptum sit populo praesens manuale et quam cito et late diffundatur.

LA MADONNA DELLA STELLA. *Notizie storiche, preghiere*. 2. ed. (Loreto 1938) pag. 128, cm. 15x9.

Post definitionem dogmaticam de Immaculato Virginis Conceptu, ipsa Beatissima Virgo, sicut Lapurdii humili puellae Bernardae Soubirous, ita etiam paulo post, anno 1862, pluries apparere dignata est, ex vetusta quadam imagine, puero quinquenni Friderico Cionchi in agro Spoletino. Prodigia, quae ibi etiam facta sunt, facile suaserunt Beatissimam Virginem speciali cultu ibi honorari se velle, ideoque collecta stipe pulcherrimum templum brevi erectum fuit, atque anno 1881 solemniter dicatum. Sodales nostri eius curam susceperunt anno 1884 nec quidquam ex illo tempore omiserunt ad cultum B. Mariae Virginis a Stella nuncupatae promovendum eiusque sanctuarium exornandum. Haec omnia, quae ad historiam sanctuarii pertinent, fusiore calamo in praefato opusculo narrantur, necnon multae gratiae a Beatissima Virgine concessae, nostris etiam diebus, quae luculenter ostendunt quantopere ipsa gaudeat e suo sanctuario, tamquam ab electo throno, beneficia diffundere.

Collection de livres classiques des PP. Passionistes. Hygiène, à l'usage des écoles primaires des Batetelas, pag. 28, cm. 17x11, 5.

Opusculum est primum cuiusdam seriei, quam Sodales nostri missionarii in Congo Belgico edere volunt, lingua propria illius gentis, apud quam ministerium apostolicum exercent. Uti est in titulo expressum, hic agitur de hygiene, et modo catechetico dantur opportuna praecepta pueris primarum scholarum.

P. GIACINTO DEL SS. CROCIFISSO, PASSIONISTA, S. *Saturnino il Vecchio Martyre Romano* (Roma 1938) pag. 41, cm. 19, 513.

Inter Martyres, qui tempore Diocletiani imperatoris sanguinem suum pro Romae Christo fuderunt, eminet S. Saturninus senex, via Salaria sepultus in coemeterio Trasonis. Eius sepulcrum S. Damasus versibus ornavit, ibique ecclesia aedificata fuit, quae temporum iniuria, licet pluries refecta ac renovata, iamdiu penitus interiit. Martyris Corpus in nostram basilicam SS. Joannis et Pauli translatum fuit, ubi a pluribus saeculis devotissime asservatur. In eius honorem nova ecclesia paroecialis nuper erecta est prope viam Salaria, atque Martyris cultus novum incrementum accipit. Auctor huius opusculi, ad christifidelium illius paroeciae desiderium explendum, diligenter collegit quae vitam, martyrium, cultum S. Saturnini respiciunt, eo animo ut maiore cum fiducia eius patrocinium invocetur atque virtutum exempla fidei imitatione exprimentur.

P. ETTORE RAVEGNANI, *Proprium Missae in festo S. Gabrielis a Virgine Perdolente, tribus vocibus concinendum.* pag. 8 cm. 31, 6, 21, 1.

Occasione sollemni saecularium in honorem Confr. nostri S. Gabrielis a Virgine Perdolente, clarissimus musicus Hector Ravignani « Proprium Missae » tribus vocibus composuit. De hac compositione Archibasilicae Lateranensis organorum modulator scripsit: « La musica di Don Ettore Ravignani non ha bisogno di raccomandazione, perchè si raccomanda da se stessa Venit apud directionem « Eco di S. Gabriele » (Teramo) S. Gabriele dell'Addolorata



DEPOSITO CORPORE AD CHRISTUM MIGRAVERUNT

DE NUNTIO FUNEBRI

In exarando nuncio funebri nunquam omittantur: Nomen Congregationis vel Instituti; dies, mensis et annus mortis; nomen loci tam sacrum quam saeculare; nomen Provinciae; nomen religionis et saeculi, defuncti vel defunctae; dies, mensis et annus primae professionis.

Nuncium vero a Rectore domus, in qua defunctus morabatur, mittendum est tum ad Secretarium Generalem tum etiam ad singulos Provinciales, qui tenentur illud transmittere ad omnes Recessus sibi subiectos, necnon ad Moniales et Sorores a Passione, quarum domus intra ambitum cuiusque Provinciae continentur, iuxta normas in hac ephemeride alias editas. (*Bollet., an. I, pag. 83*)

33. — *Die 1 Oct. 1938*, in religiosa domo S. Petri (Middleton) Inst. SS. Crucis et Pass. D. N. J. C., *Soror. M. Clara Jos. a SS. Sacramento* (Catharina Dunne), quae nata an. 1886, vota nuncupaverat d. 6 Jan. 1915.

34. — *Die 8 Oct. 1938*, in Recessu SS. Crucis (Ere), Prov. S. Gabrielis, *Fr. Henricus a Corde Mariae* (Henricus Jos. Deprez), qui natus d. 28 Maii 1882, vota nuncupaverat a. 1911.

35. — *Die 16 Oct. 1938*, in religiosa domo Retiro de la Dolorosa, Inst. Filiarum a Pass. D. N. J. C., *Soror Maria Candalaria a Passione* (Candelaria Garcia Quintanar), quae nata an. 1893, vota nuncupaverat a. 1926.
36. — *Die 24 Oct. 1938* in Recessu SS. Crucis (Ere), Prov. S. Gabrielis, *Fr. Ludovicus a Matre Dolorum* (Joseph A. Slaets), qui natus d. 3 Maii 1909, vota nuncupaverat d. 30 Apr. 1933.
37. — *Die 31 Oct. 1938*, in Recessu D. N. a Sancto Cassiano (Cameri). Prov. Cordis B. M. V. P. *Vincentius a S. Joseph* (Jos. Parini), qui natus d. 19 Maii 1865, vota nuncupaverat d. 16 Jul. 1894.
38. — *Die 4 Nov. 1938*, P. *Justinus a Iatere Jesu* (Michael O' Doherty), Prov. S. Patritii qui natus d. 16 Dec. 1903, vota nuncupaverat d. 28 Sept. 1923.
39. — *Die 8 Nov. 1938*, in Recessu S. Gabrielis Arch. (Airolo), Prov. B. M. V. Dolorosae P. *Aemilius a S. Corde* qui natus d. 15 Oct. 1914, vota nuncupaverat d. 29 Jun. 1931.
40. — *Die 25 Nov. 1938*, in pago Oresch (Bulgaria), Prov. Matris S. Spei, *Fr. Cyrillus a SS. Sacramento* (Franciscus Minov), qui natus d. 25 Aug. 1906, vota nuncupaverat d. 2 Febr. 1928.
41. — *Die 7 Dec. 1938*, in Recessu B. M. a S. Cassiano (Cameri) Prov. Puriss. Cordis B. M. V. P. *Carolus a Virgine Rosarii* (Rossi Alfredus), qui natus an. 1876, vota nuncupaverat d. 17. Oct. 1896.
42. — *Die 9 Dec. 1938*, in Recessu S. Pauli a Cruce (Ceglie Messapico), *Fr. Sossius a Passione* (Petru Tommasi), qui, natus d. 23 Nov. 1857, vota nuncupaverat d. 9 Maii 1882.
43. — *Die 26 Dic. 1938*, in religioso domo Holy Spirit (London) Inst. SS. Crucis a Passionis D. N. I. C., *Soror M. Germana Jos. a Iesu Crucifisso* (Elisabetta Carroll), quae, nata a. 1865, vota nuncupaverat d. 15 Aug. 1891.

Stampato 31 dicembre 1938

Imprimatur: TITUS A S. PAULO A CRUCE Praep. Gen.

P. POLISSENO ORLANDI (P. EMIDIO, PASSIONISTA) *Direttore responsabile*
Scuola Tipografica Missionaria Domenicana - Via della Valle delle Camene, 13 - Roma

Acta Congregationis

a SS. Cruce et Passione D. N. J. C.

Jesu Christi Passio sit semper in cordibus nostris



PIUS PAPA XI

DEPOSITO CORPORE AD CHRISTUM MIGRAVIT

DIE 10 FEBRUARII ANNI 1939

Dum universa familia catholica se ad diem anniversariam incoronationis Summi Pontificis celebrandam parabat, mane sollemnis pervigilii, hora quinta cum dimidio, Eo, universali luctu, orbata est. Ad normam novorum Statutorum n. 291, in tota Congregatione praescripta suffragia facta sunt. Romae sollemne funus celebratum est die 11 Febr., postridie Eius mortem.

Papa Pius XI (Achilles Ratti), natus die 31 Maii 1857 Deussii, apud Mediolanum, ad supremum Pontificatum evectus est die 6 Februarii anni 1922.

Septemdecim Pontificatus annos integerrimus veritatis custos, fidei propagator ac defensor acerrimus extitit. Sodalitati Nostrae iugiter peculiarem benevolentiam exhibuit. B. Vincentio M. Strambi ac B. Gemmae beatorum honores decrevit, officium S. Gabrielis ad universam extendit ecclesiam, octo ex nostris sodalibus Episcopos constituit, nostram Congr. in Polonia ipsemet diffundi voluit. Tandem in Pactione Lateranensi ab omni ademptione et tributo immunem reddidit nostram Generalem Domum, in cuius horto postea suis sumptibus cryptam excitavit pro Jesu Orantis marmoreo signo, quod nobis munifice donavit. Gaudeat eius anima in Christi regno, pro cuius in terris diffusionem vires omnes, vitamque impendit.

HABEMUS PAPAM

Vixdum Christi sponsa vestem lugubrem, ob mortem Pii Pp. XI, deposuerat, cum maximo cumulata est gaudio. Vespere diei 2 Martii, primo Conclavis die, ex magno podio Archibasilicae Vaticanae E. mus Camillus Caccia Dominioni S. R. E. Card. Protodiaconus, urbi et orbi annuntiavit gaudium magnum « Habemus Papam, E. mum ac R. mum Dominum Cardinalem Eugenium Pacelli, qui sibi nomen imposuit Pium XII ».

Felicem temporis concursum! Electio in ipsam diem natalem Electi incurrit. Pius enim XII natus est Romae die 2 Martii an. 1876. Eum ad Supremum Pontificatum mirabili curriculo paravit Divina Providentia, ut hisce temporibus Dei ecclesiam regere ac ducere posset. Die 12 Martii in basilica S. Petri adstantibus quadraginta Nationum legatis, cum concursu sexcentorum millium fidelium ex omnibus linguis et gentibus solemnitas incoronationis celebrata sunt.

Impositio Coronae locum habuit super regale podium eiusdem basilicae, dum ex immenso foro, hominum multitudine redundante, plausus et salutationes « Patri principum et regum » ruebant.

Vespere eiusdem diei 12 Martii in nostra basilica SS. Joannis et Pauli cantus hymni ambrosiani cum solemnibus benedictione eucharistica, a R. mo P. Generali impertita, locum habuit, pro gratiarum actione ob electionem tanti Viri, qui, uti notum est, erat Card. Praesbyter Tituli SS. Joannis et Pauli.

Quapropter minima Sodalitas a Passione iure gaudet vehementerque laetatur; dumque multos annos novensili Summo Pontifici optat, protectionem illam peculiarem praestolatur, quam semper Jesu Christi Vicarii, praecipue qui Pii nomen assumpserunt, ab initio foundationis ipsi largiti sunt.

NUNCIUM R.MI P. PRAEPOSITI GENERALIS

Summus Pontifex Pius XII, die 26 mensis Martii proxime elapsi, perlecto coram Se decreto approbationis miraculorum B. Gemmae Galgani, voluntatem Suam manifestare dignatus est, deveniendi ad Canonizationem eiusdem Beatae *Intra ultimum trimestre spatium huius anni.*

Quapropter Rev.mus P. Praep. Generalis iterum Praepositos Provinciales Domorumque Superiores sollicitis precibus rogat ut, collectis oblationibus, Postulationem adiuvaré sagant, ut eidem praesto sint pecuniae quae pro Solemniis Canonizationis requiruntur.

EX ACTIS APOSTOLICAE SEDIS

SACRA CONGREGATIO RITUUM

VARIATIONES

FACIENDAE IN RUBRICIS BREVIARII ET MISSALIS ROMANI

Edita nuperrime a Sacra Poenitentiaria Apostolica nova Collectione precum et piorum operum, quae a Sancta Sede indulgentiis ditata sunt, ut ampliores istae largitiones suis quibusvis locis adnotarentur, abrogatis veteribus concessionibus, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, sequentes variationes in rubricis Breviarii et Missalis Romani faciendas esse decrevit:

I. - IN BREVIARIO ROMANO

1. In initio, post verba: *Ordinarium Divini Officii iuxta Ritus Romanum persolvendi*, ponatur haec rubrica:

Clericis in sacris constitutis, qui integrum divinum Officium, quamvis in partes distributum, coram Ss.mo Sacramento, sive publicae adorationi exposito sive in tabernaculo adservato, devote recitaverint, conceditur: Indulgentia plenaria, si praeterea sacramentalem confessionem instituerint, ad eucharisticum Convivium accesserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint. Pius Pp. XI, 23 Octobris 1930.

Iis vero, qui divinum Officium coram Ss.mo Sacramento, ut supra, ex parte tantum recitaverint, conceditur: Indulgentia quingentorum dierum pro unaquaque hora canonica. Pius Pp. XI, 18 Maii 1933.

Iisdem autem clericis, qui divinum Officium in alias preces commutatum rite obtinuerint, si preces eiusmodi coram Ss.mo Sacramento, uti supra, devote recitaverint, conceditur: Indulgentia plenaria, additis sacramentali confessione, sacra Communionem et orationem ad mentem Summi Pontificis. Pius Pp. XI, 7 Novembris 1932.

2. In eodem Ordinario, rubrica praemissa Orationi *Aperi Domine*, mutetur in aliam:

Antequam inchoetur Officium laudabiliter dicitur, sub singulari semper numero, sequens Oratio; pro qua Summus Pontifex Pius XI sub die 17 Novembris 1933 Indulgentiam trium annorum concessit.

3. Item in eodem Ordinario rubrica Orationi *Sacrosanctae* praeposita, mutetur in aliam:

Cum expletum fuerit Officium, laudabiliter dicitur sequens Oratio; pro qua Summus Pontifex Pius Papa XI sub die 1 Decembris 1933 indulgentiam trium annorum concessit. Praeterea Clericis in sacris constitutis et Sacerdotibus eam devote post Officium recitantibus Summus Pontifex Leo X defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas, indulsit. Dicitur autem flexis semper genibus in privata etiam recitatione, praeter quam ab iis, qui ob certam infirmitatem vel gravioris impedimenti causam nequeant genuflectere.

II. • IN MISSALI ROMANO

Rubricae de indulgentiis appositae ad Orationes pro opportunitate dicendas ante Missae celebrationem reformatur ut sequitur:

1. Ante antiphonam *Ne reminiscaris*:

Quilibet Sacerdos, ex concessione Pii Pp. XI, sub die 3 Octobris 1936, lucrari potest: Indulgentiam quinque annorum, si ante Missae celebrationem, recitet Psalmos 83, 84, 85, 115 et 129 cum adnexa antiphona, versiculis et Oremus ut infra; plenariam, si per integrum mensem praedictas preces quotidie recitaverit, additis confessione sacramentali et oratione ad Summi Pontificis mentem.

2. Post inscriptionem *Oratio S. Ambrosii Episcopi* et ante verba *Die Dominica* inseratur rubrica:

Indulgentia trium annorum pro qualibet ex sequentibus orationibus S. Ambrosii si in die assignata recitetur. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

3. Ante aliam orationem S. Ambrosii *Ad mensam* reformatur rubrica: Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

4. Ante orationem S. Thomae *Omnipotens sempiternae Deus* sic reformatur rubrica:

Indulgentia trium annorum; plenaria, dummodo quotidiana orationis recitatio in integrum mensem producta fuerit et praeterea sacramentalis confessio, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatio et ad mentem Summi Pontificis preces additae fuerint. Pius Pp. XI, 10 Decembris 1936.

5. Ante orationem ad B. Mariam V. *O Mater pietatis* ita mutetur rubrica:

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

6. Ante orationem ad S. Ioseph *O felicem virum* mutetur rubrica ut infra:

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

7. Ante orationem ad omnes Angelos et Sanctos *Angeli, Archangeli* sic mutetur rubrica:

Indulgentia trium annorum. Pius XI, 3 Octobris 1936.

8. Ante orationem ad Sanctum, in cuius honorem Missa celebratur *O Sancte N.* mutetur rubrica:

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

9. Ad declarationem intentionis ante Missam *Ego volo ponatur rubrica:*

Indulgentia quingentorum dierum. Pius Pp. XI, 12 iulii 1935.

Rubricae de indulgentiis appositis ad Orationes post Missae celebrationem vel recitandas iuxta *Ritum serv. in celebr. Missae* (tit. XII, n. 6) vel pro opportunitate dicendas, reformentur ut sequitur:

1. Ante antiphonam *Trium puerorum* mutetur rubrica:

Quilibet Sacerdos, ex concessione Pi XI sub die 3 Octobris 1936, lucrari potest: Indulgentiam quinque annorum, si post Missam celebratam, recitet Canticum *Trium puerorum* et Psalmum 150 cum adnexa antiphona, versiculis et *Oremus* ut infra; plenariam, si per integrum mensem praedictas preces recitaverit, accedente sacramentali confessione et oratione ad mentem Summi Pontificis.

2. Ante orationem S. Thomae *Gratias tibi ago* inseratur rubrica:

Indulgentia trium annorum; plenaria, oratione quotidie in integrum mensem pie reiterata et additis sacramentali confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et precibus ad Summi Pontificis mentem. Pius Pp. XI, 22 Novembris 1934.

3. Ante orationem S. Bonaventurae *Transfige* inseratur rubrica:

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

4. Ante rhythmum S. Thomae *Adoro te devote* mutetur rubrica:

Indulgentia quinque annorum: plenaria suetis conditionibus, quotidiana rhythmici recitatione in integrum mensem producta. Pius Pp. XI, 12 Martii 1936.

5. Ante aspirationes *Anima Christi* reformetur rubrica:

Indulgentia septem annorum, si Sacerdos post Missam invocationes pie recitaverit; trecentorum dierum toties quoties; plenaria suetis conditionibus, dummodo quotidie per integrum mensem invocationum recitatio devote peracta fuerit. Pius Pp. IX, 9 Ianuarii 1854.

6. Ad oblationem sui *Suscipe, Domine* reformetur rubrica:

Indulgentia trium annorum; plenaria suetis conditionibus, si quotidie per integrum mensem actus oblationis devote recitatus fuerit. Pius Pp. XI, 4 Decembris 1932.

7. Ante orationem ad D. N. I. C. Crucifixum *En ego mute-
tur rubrica*:

Indulgentia decem annorum; plenaria recitantibus post Mis-
sam et orantibus ad mentem Summi Pontificis. Pius Pp. XI, 2
februarii 1934.

8. Ad aliam orationem *Obsecro te* sic reformetur rubrica:

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. IX, 11 Decembris
1846. Insuper hanc orationem recitanti flexis genibus, nisi im-
pediatur, conceditur remissio defectuum et culparum in cele-
bratione Missae ex humana fragilitate contractarum. Pius Pp. X,
29 Augusti 1912.

9. Ad orationem ad B. Mariam V. *O Maria, Virgo et Mater*
reformetur rubrica:

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

10. Ante orationem ad S. Ioseph *Virginum custos* ponatur
rubrica:

Indulgentia trium annorum; plenaria suetis conditionibus,
oratione quotidie per integrum mensem pia mente iterata. Pius
Pp. XI, 18 Maii 1936.

11. Ante orationem ad Sanctum, in cuius honorem Missa
celebrata est *Sancte N.* reformetur rubrica:

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3 Octobris 1936.

Datum Romae, ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 1 au-
gusti 1938.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

A. CARINCI, *Secretarius*.

(Cfr. *Act. Ap. Sedis*, vol. XXX, pag. 292).

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

INDULGENTIA PLENARIA « TOTIES QUOTIES » DIE 2 MENSIS NOV.
VEL DOMINICA SUBSEQUENTI LUCRIFIERI POTEST.

Instantibus supplicationibus ad S. Paenitentiarium, ut in-
dulgentia toties quoties a Summo Pont. Pio X, per decretum

S. Officii die 25 Junii 1914 pro die 2 Nov. concessa, die quoque dominica subsequenti lucriferi posset, « Ss. mus D. N. divina providentia Pp. Pius XI, in audiendia die X mensis Dec. a. 1938 Card. Paenitentiario Maiori concessa, statuere ac decernere dignatus est plenariam eiusmodi indulgentiam vel die 2 mensis Nov., vel subsequenti die dominica lucriferi posse, firmis manentibus ceteris conditionibus tum memorati Decreti S. Congr. S. Officii, tum Decreti S. Paenitentiariae quoad plenariam indulgentiam « toties quoties » lucrandam ».

(Cfr. *Acta Ap. Sedis*, vol. XXXI, p. 23).

DOCUMENTA PONTIFICIA CONGREGATIONIS NOSTRAE

S. CONGR. DE RELIGIOSIS

ERECTIO NOVAE DOMUS PROVINCIAE S. IOSEPH IN LOCO
V. ST. DAVIDS.

N. 7507/38.

Beatissime Pater,

Superior Provincialis Congr. a Passione Jesu Prov. S. Joseph in Anglia humillime petit a Sanctitate Vestra canonicam erectionem domus in loco v. St. Davids dioec. Menevensis, cum omnia habeantur quae pro huiusmodi erectione requiruntur.

Et Deus, etc.

Benigna concessio. — Vigore facultatum a Ss. mo Domino Nostro concessarum, S. Congr. Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, audito voto Rev. Proc. Gen., Rev. mo P. Praeposito Gen. li benigne facultatem tribuit deveniendi ad canonicam erectionem enunciatae domus, cum omnibus privilegiis et gratis spiritualibus, quibus legitime aliae domus praefatae Congr. fruuntur et gaudent, dummodo tamen in ea omnia habeantur, quae de iure requiruntur ad formam ss. cc. et Apostolicarum Constitutionum.

Datum Romae, die 4 Novembris 1938.

L. ✠ S. † Fr. L. H. PASETTO, *Secretarius.*

HENRICUS AGOSTINI, *Adiutor a Studiis.*

J. X. P.

Executio Rescripti. — Potestate Nobis commissa libenter utentes, cum omnia in casu habeantur quae iure communi et Constitutionibus nostris requiruntur, enunciata domum in civitate St. Davids, dioecesis Menevensis in Anglia, canonicè erigimus et erectam declaramus, cum omnibus privilegiis et gratiis, iuxta Rescripti tenorem.

Romae, die 7 Novembris 1938.

L. ✠ S.

TITUS A S. PAULO A CRUCE
Praepositus Generalis.

ERECTIO NOVAE DOMUS PROVINCIAE S. CRUCIS APUD CIVITATEM
BIRMINGHAM IN ALABAMA.

Beatissime Pater,

Praep. Provincialis Provinciae S. Crucis, e Congr. a Passione Jesu, in Stat. Foederatis Amer. Sept. humillime petit a Sanctitate Vestra canonicam Domus erectionem apud civitatem Birmingham in Alabama, cum omnia habeantur quae pro huiusmodi erectione requiruntur.

Et Deus, etc.

Benigna concessio. — Vigore specialium facultatum a Ss.mo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium Praeposita, audito voto Rev.mi Proc. Gener., Rev.mo Praep. Gen.li facultatem benigne tribuit deveniendi ad canonicam erectionem enunciatae Domus, cum omnibus privilegiis et gratiis spiritualibus, quibus legitime aliae Domus praefatae Congregationis fruuntur et gaudent, dummodo tamen in ea omnia habeantur, quae de iure requiruntur ad formam Sacrorum Canonum et Apostolicarum Constitutionum.

Datum Romae, die 3 Ianuarii 1939.

† FR. L. H. PASETTO, *Secretarius.*

L. ✠ S.

HENRICUS AGOSTINI, *Adiutor a Studiis.*

J. X. P.

Rescripti executio. — Constito Nobis in casu omnia haberi, quae de iure et Constitutionibus nostris requiruntur, potestate Nobis Apostolico Rescripto concessa, Domum, de qua in precibus, canonicè erigimus et erectam declaramus, servatis servandis iuxta tenorem Rescripti.

Romae die 4 Ianuarii 1939.

TITUS A S. PAULO A CRUCE
Praepositus Generalis.

L. ✠ S.

SACRA RITUUM CONGREGATIO

CONCEDITUR FACULTAS AD DECENNIIUM CELEBRANDI DIE 10 MAII
IN ECCLESIA SS. CRUCIFIXI (BORGETTO) OMNES MISSAS DE
B. M. VIRGINE PERDOLENTI.

C. 15/39.

Beatissimo Padre,

Il Superiore dei Passionisti, del Santuario della Madonna del Romitello presso Borgetto (Palermo), prostrato al bacio del S. Piede, prega umilmente la S. V. di voler concedere che il 10 maggio di ogni anno, giorno in cui in detto Santuario si celebra, con grande solennità e grande concorso di popolo di tutti i paesi limitrofi, la festa di Maria SS. Addolorata, la cui immagine viene portata in processione alla chiesa matrice del paese e vi rimane esposta tutto il mese con predicazione quotidiana, si possano ivi celebrare tutte le messe corrispondenti alla festa.

BENIGNA CONCESSIO. — S. R. Congr., utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo D. N. Pio Papa XI tributis, attentis superius expositis, R. P. Procuratoris Generalis Congr. Clericorum Excalceratorum SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. commendationis officio communitis, benigne annuit pro gratia iuxta preces *ad proximum decennium*, cum facultate celebrandi die 10 Maii in praefata ecclesia omnes missas de B. M. Virgine Perdolenti, dummodo non occurrat festum duplex primae vel

secundae classis, Dominica, Feria, Vigilia, atque Octava privilegiata. Quod si occurrat Dominica minor, permittuntur duae tantum Missae de praefato Titulo mariali. Servatis servandis: contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 30 Januarii 1939.

CAROLUS Card. SALOTTI
S. R. C. Praefectus.

L. † S.

A. CARINCI, Secretarius.

DECRETUM
LUGEN. IN ITALIA
Canonizationis
BEATAE GEMMAE GALGANI
VIRGINIS

Super dubio

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Disertissima Apostoli verba, quibus caritas supra omnia charismata extollitur et commendatur, apprime Beatae GEMMAE GALGANI aptantur, quae magnificas illas caritatis notas, a Doctore Gentium descriptas, in sua vita suisque virtutibus mire expressit.

Caelestis enim Sponsi passionem iugiter recolens, amoris eius excessum meditata, eius, qui totius perfectionis divinum nobis sese exhibet exemplar, in suo animo, quantum humana natura sinit, imaginem vivide insculpsit, eiusque caritatem imitata supremum excelsae huius virtutis assequuta est culmen atque in multis tribulationibus, angoribus, infirmitatibus quibus, Deo sic disponente, ut aurum in fornace, fuit probata, patientem, benignam, humillimam se prae-buit, *mortificationem Iesu in suo corpore circumferens ut et vita Iesu manifestaretur in corpore suo* (2 Cor., 4, 10). Sed sicut ipse Dominus, qui est caput corporis Ecclesiae (Col., 1, 18) de se prophetavit, dicens: *Tradetur gentibus, et illudetur et flagellabitur et conspuetur... et occident eum et tertia die resurget* (Luc., 18, 32-33), ita et

B. GEMMA, quae nobile eius membrum erat, post passionis dolores ac ludibria etiam Dominicae resurrectionis gaudium et gloriam quodammodo participavit. Vix enim die 11 Aprilis mensis a. D. 1903 candida eius anima ad Sponsi amplexum evolavit, sanctitatis eius fama vehementer erupit. Inquisitionibus quae a iure praescribuntur auctoritate Ordinaria et Apostolica peractis servatisque servandis, tum virtutes heroicas eam exercuisse cum miracula in harum comprobationem ab ipso Deo, ea interveniente, fuisse patrata decretum est, sollemniaque Beatificationis die 14 Maii a. D. 1933 in Vaticana Basilica, christiano populo exultante, celebrata sunt. Nec satis. Mox enim nova prodigia eius intercessione a Deo patrata ferebantur, ideoque Beatae GEMMAE canonizationis causa die 25 Iulii a. eiusdem resumpta est, atque Apostolicus processus super duobus miraculis in Consentina Curia est adornatus, pro cuius iuridica vi die 22 Decembris a. 1937 editum est decretum.

Ambo haec miracula in oppido v. d. Lappano in Consentina Archidioecesi contigerunt.

Morbo, qui *Lupus vulgaris* a medicis appellatur, Elisa Scarpelli a Septembri mense a. D. 1932 in sinistra gena tentari coepit. Qui adeo crevit, ut et ulcerosa adenites et fistulosus sinus sanie manans adderentur. Incassum medicis curis cedentibus, B. GEMMA unice fuit invocata. Matutinis horis die 14 Maii a. 1933 morbus adhuc in suo virore saeviebat: hora autem undecima, dum in Vaticana Basilica Beatificationis GEMMAE sollemnia celebrabantur, Elisa illico sanatam se sensit. Ulcera enim pelle contacta, fistula autem omnino clausa inventa sunt, nullo praeteriti morbi consecratio remanente. Miraculum periti in arte divinitus evenisse conclamant.

Alter, mire sanatus, est Natalis Scarpelli. Hic ab anno 1918, gravius vero a. 1927, varicibus, in sinistro praesertim crure, afficiebatur. die 3 Aprilis mensis a. 1935 ob accidentale trauma vulnus fuit indutum, quod in ulcus versum est. Serotinis diei trigesimi Maii horis ulcus adhuc putre novem circiter quadratis centimetris patebat. Filia, ipse infirmus huiusque uxor fervide B. GEMMAE patrocinium invocant, apposita quoque de Beatae reliquiis particula super ulcus sanie manans, quod fascia obvolvunt. Mane facto nova pellis ulceri obducta, siccaque inventa fascia, nullus amplius dolor, nullum infirmitatis vestigium. Natalis ad pristina rediit iugiter equitando, neque ullo amplius incommodo ex varicibus est passus. Unanimi consensu sanationem ultra naturae vires contigisse Periti fatentur.

De his duabus miris sanationibus die 28 Iunii mensis elapsi anni

in Antepreparatoriis S. R. C. comitiis, coram R.mo Cardinali Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostien. et Albanensi, Causae Relatore seu Ponente, a PP. Consultoribus disceptatum est: de hisce iterum in Praepreparatoriis coram R.mis Cardinalibus die 15 Novembris: die demum 24 Ianuarii mensis anni huius, coram Pio Papa XI fel. rec.; in quibus R.mus Cardinalis Relator dubium proposuit discutiendum: *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* R.mi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores sua pandidere suffragia. His benigne auscultatis, Suam aperire mentem Pontifex distulerat. Promotori autem Generali paullo post in favorabilem sententiam se devenisse dixerat, iubens insuper ut approbationis decretum die 19 Februarii coram Se promulgaretur. Verum Deo placuit fidelissimum suum Servum ad aeterna promerita praemia die 10 eiusdem mensis vocare, atque supremum Pontificium munus Ss.mo D. N. Pio Papae XII conferre. Qui nedum hucusque in hac Causa acta dignatus est approbare, sed et decretum die 26 Martii, Dominica Passionis, edi iussit. Quare R.mos Cardinales Carolum Salotti, S. R. C. Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Causae Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Natucci Fidei generalem Promotorem meque infrascriptum Secretarium ad Se arcessiri iussit, divinoque sacrificio sancte oblato, edixit: *Constare de duobus miraculis a Deo per Beatae GEMMAE GALGANI intercessionem patris, nempe de instantanea perfecta que sanatione cum Elisae Scarpelli a morbo dicto Lupus vulgaris in gena sinistra cum adenitibus submaxillaribus exulceratis et fistulosis, tum Natalis Scarpelli a gravi ulcere varicoso in sinistro crure.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 26 Martii a. D. 1939.

CAROLUS CARD. SALOTTI, S. R. C. Praefectus.

ALFONSUS CARINCI, S. R. C. Secretarius.

L. ✠ S.

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

OFFICIUM DE INDULGENTIIS

INDULGENTIA PLENARIA CONCEDITUR CHRISTIFIDELIBUS SIMULACRUM D. N. J. C. CRUCIFIXI VISITANTIBUS, IN ECCLESIA C. N. APUD « LOS ANDES », SINGULIS FERIIS SEXTIS QUADRAGESIMAE LUCRANDA.

N. 44/39.

Beatissime Pater,

Superior Conventus Congregationis a Passione Jesu in « Los Andes » (Cile), ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humiliter petit *Indulgentiam Plenariam*, singulis Quadragesimae feriis sextis lucranda a Christifidelibus confessis ac sacra Synaxi reffectis, si D. N. J. C. Crucifixi simulacrum, in ecclesia praefati Conventus peculiari cultu veneratum, devote visitaverint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint. Et Deus, etc.

Die 9 Ianuarii 1939.

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum a SS. D. N. Pio Pp. XI sibi tributarum, benigne annuit pro gratia iuxta preces ad septennium.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

L. ✠ S.

S. LUZIO, *Regens.*

S. DE ANGELIS, *Subst.*

INDULGENTIAE CONCEDUNTUR CHRISTIFIDELIBUS ORATORIUM ADNEXUM ECCLESIAE RECESSUS NOSTRI DUBLINENSIS VISITANTIBUS.

N. 296/39.

Beatissime Pater,

Rector publici oratorii tit. B. M. Virginis Immaculatae, adnexi ecclesiae Recessus S. Pauli a Cruce in « Dublino », Congregationis Clericorum SS. Crucis et Passionis D. N. I. C., ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit *Indulgentias* quae sequuntur :

1° PLENARIAM, lucranda diebus festis Immaculatae Conceptionis, Nativitatis, Praesentationis, Annuntiationis, Visitationis, Purificationis et Assumptionis B. M. Virginis necnon die festo Apparitionis B. M. V. Lapurdensis, a Christifidelibus, confessis ac sacra Synaxi reffectis, si memoratum oratorium visitaverint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint.

2° PARTIALEM, QUINGENTORUM DIERUM, a christifidelibus acquirendam si saltem corde contrito ter salutationem angelicam ibidem recitaverint. Et Deus, etc.

Die 21 Ianuarii 1939.

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum a SS.mo D. N. Pio XI sibi tributarum benigne annuit pro gratia iuxta preces ad septennium. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

S. LUZIO, *Regens.*

L. ✠ S.

S. DE ANGELIS, *Subst.*

POSTULATIO GENERALIS

Dominica Passionis, die 26 Martii nuper elapsi, SS. mus D. N. Pius XII coram Se legi iussit decretum approbationis miraculorum B. Gemmae Galgani, quod decretum supra retulimus pag. 59; litteras autem gratulatorias hic subiicimus, quas Postulator noster Sanctitati Suae iam antea exhibuerat.

LITTERAE GRATULATORIAE EXHIBITAE SUMMO PONTIFICI
A CAUSAE POSTULATORE

Beatissimo Padre,

Un vivo sentimento di gioia e di riconoscenza alla Santità Vostra inonda l'animo degli innumerevoli devoti della B. GEMMA GALGANI e particolarmente del Clero e dei fedeli della diocesi di Lucca, dei Figli e Figlie di S. Paolo della Croce, per l'odierno decreto di approvazione dei due miracoli proposti per la canonizzazione della nostra Beata. In questi prodigi risuona la voce di Dio, che mostra gradire che sia innalzata ai supremi onori dell'altare la sua umile Serva, perchè brilli di nuova e più

splendida luce nel cielo della Chiesa, a sollievo ed esempio del popolo cristiano.

Circostanza particolare degna di nota è che ambedue i miracoli sono stati operati in un medesimo paesello della diocesi di Cosenza, in seno ad una stessa famiglia, e che il primo di essi avveniva il giorno stesso della solenne Beatificazione della Serva di Dio, il 14 maggio del 1933, anno santo dell'umana Redenzione.

E non è senza un amorevole e manifesto disegno della Provvidenza divina che come la B. GEMMA è stata la prima a salire gli altari fra i Servi di Dio volati al cielo in questo secolo XX, così pure è la prima che si prepara a cingere l'aureola dei Santi. Iddio sembra affrettarsi ad esaltare la sua diletta Serva, perchè agli uomini di questo secolo, distratti dalle vanità del mondo e solo intenti a godere ricchezze e piaceri terreni, ricordi i beni celesti, che si acquistano con la povertà, l'umiltà e la mortificazione, seguendo il Salvatore divino per la via dolorosa del Calvario. La B. GEMMA, che visse di Gesù Crocifisso e che anche nel suo corpo verginale espresse la Passione di Cristo, grida alto che ritornino gli uomini alla Passione di Cristo, col pensiero devoto e con la fedele imitazione, se vogliono raggiungere la vera gloria e la vera felicità.

Beatissimo Padre,

A Voi dopo Dio siamo debitori della santa letizia che ci riempie oggi il cuore, e Ve ne rendiamo le più vive grazie. Grazie particolarmente di avere scelto con tanta opportunità questa domenica di Passione per la solenne lettura del presente decreto, che prelude alla suprema glorificazione della B. GEMMA, vero Fiore di Passione della città del Volto Santo.

Nella nostra gratitudine però non possiamo dimenticare il Vostro augusto Predecessore Pio XI, di santa memoria, che, riconosciuto i due miracoli, aveva già fissato alla lettura del relativo decreto il 19 febbraio, augurandosi di poter presto annoverare la B. GEMMA fra i Santi. Ma Iddio lo chiamava a sè il 10 di quello stesso mese, per dargli la meritata corona, ed affidava alla Santità Vostra il compito di continuare l'opera sua.

Beatissimo Padre,

All'alba del Vostro Pontificato, mentre tutto il popolo cristiano plaude festante alla Vostra Esaltazione e Vi porge rive-

renti omaggi ed auguri, la B. GEMMA sembra venirVi incontro dal cielo ed offrirVi l'aiuto dolce e potente della sua intercessione. Sia davvero la nostra Beata la particolare Protettrice della Santità Vostra, la fulgida gemma del Vostro Pontificato.

Con questi voti, che umilio ai piedi del Vostro Trono, imploro l'Apostolica Benedizione sopra le diocesi di Lucca e di Cosenza, sui Figli e Figlie di S. Paolo della Croce, sulla Famiglia Giannini, amorevole ospite della Beata, sui Benefattori della Causa e su tutti i devoti della B. GEMMA GALGANI.

P. EGIDIO DEI SS. CUORI, *Passionista*
Postulatore della Causa.

ACTA IN CAUSIS BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVORUM DEI
CONGR. NOSTRAE DURANTE ANNO 1938.

Die 4 Januarii: ARIMINEN. — Romae habetur *Congregatio ordinaria* pro *Introductione* Causae beatificationis Servi Dei PII A S. ALOISIO, clerici. Die sequenti Pius Pp. XI decretum introductionis subsignavit.

Die 15 Januarii: ARIMINEN. — *Dispensatur* a condendo processu apostolico *super fama in genere* in Causa beat. et canoniz. Servi Dei PII A S. ALOISIO.

Die 6 Aprilis: DUBLINEN. seu RUREMONDEN., Dublini *absolvitur* processus apostolicus *super virtutibus et miraculis in specie* Servi Dei CAROLI A S. ANDREA; haud multo post Romam defertur a P. GERALDO a S. Corde *Vicepostulatore.*

Die 26 Aprilis: VITERBIEN. — Romae habetur *Congregatio PRAEPARATORIA super virtutibus et miraculis in specie* Servi Dei JOANNIS BAPTISTAE A S. MICHAËLE ARCHANGELO, Fratris germani S. P. N. et Confundatoris. *Proceditur ad ulteriora.*

Die 30 Aprilis: DUBLINEN. seu RUREMONDEN. — *Fit potestas aperiendi* processus apostolicos conditos *super virtutibus et miraculis in specie* Servi Dei CAROLI A S. ANDREA in Hibernia, in Anglia et in Hollandia.

Die 31 Maii: SABINEN. SEU RIPANA. — Romae in Congregatione *ordinaria* habita est quaestio de *revisione scriptorum*, quae tribuuntur

Servo Dei JOANNI A SPIRITU SANCTO: decretum adprobationis editum fuit die prima Junii.

Die 18 Iunii: ROMANA SEU MACERATEN. et TOLENTIN. — *Conceduntur* Litterae Remissoriales episcopo Centumcellarum pro constructione processus apostolici *super asserto miraculo* a Deo patrato, intercedente B. VINCENTIO M. STRAMBI, episcopo C. N.

Die 25 Iunii: ROMANA SEU MACERATEN. ET TOLENTIN. — Facultas largitur Promotori Fidei Generali construendi Romae processiculum apostolicum *super asserto miraculo* a Deo patrato, intercedente B. VINCENTIO M. STRAMBI, episcopo C. N.

Die 28 Iunii: LUCEN. IN ITALIA. — Romae habetur Congregatio *antepreparatoria* super duobus assertis miraculis exhibitis pro Canonizatione BEATAE GEMMAE GALGANI Virginis.

Die 4 Iulii: LUCEN. IN ITALIA. — Fit potestas Archiepiscopo Consentino conficiendi processiculum apostolicum *super altero miraculo*, tributo B. GEMMAE GALGANI, nempe de sanatione ab *ulcere varicoso*, ad explorandum an sanatio perseveraret.

Die 6 Iulii: ROMANA SEU SABINEN. — Eligitur *Ponens* Causae beat. et canoniz. Servi Dei BERNARDI M. A IESU, Praepositi Generalis, E. mus ac R. mus Cardinalis *Carolus Raphaël Rossi*.

Die 7 Iulii: ARIMINEN. — Romae in congregatione ordinaria particulari *extra ordinem* decernitur *de non cultu* exhibito Servo Dei Pro A S. ALOISIO: die 16 mensis ejusdem sententia affirmativa a Summo Pontifice adprobata fuit.

Die 20 Iulii: ARIMINEN. — *Conceduntur* Litterae Remissoriales et Compulsoriales Episcopo Ariminensi pro constructione processus apostolici *super virtutibus et miraculis in specie* Servi Dei PII A S. ALOISIO, clerici.

Die 28 Iulii: LUCEN. IN ITALIA. — Consentiae conficitur processiculum apostolicus, de quo supra: eodem tempore exceptum est alterum testimonium medentis, ex concessione facta in Instructione Sacrae Rituum Congregationis. Biduo absolvitur et Romam statim defertur tradendus directe Promotori Generali Fidei.

Die 13 Septembris: ROMANA SEU MACERATEN. ET TOLENTIN. — Centumcellis inchoatur processus apostolicus *super asserto miraculo* tributo intercessioni B. VINCENTII M. STRAMBI, episcopi C. N.

Die 10 Novembris: *In Monte Argentario* fit recognitio privata Corporis Servi Dei FULGENTII A IESU, primi socii, post fratrem germanum Ioannem Baptistam, S. P. N.

Die 11 Novembris: ROMANA SEU SABINEN. — Largitur episcopo auxiliari Sabinensi facultas condendi processum ordinarium *super non cultu exhibito* Servo Dei BERNARDO M. A IESU, Praeposito Generali C. N.

Die 15 Novembris: LUCEN. IN ITALIA. — Romae habetur congregatio *praeparatoria super duobus miraculis* pro Canonizatione B. GEMMAE GALGANI. *Proceditur ad ulteriora.*

Die 22 Novembris: ROMANA SEU MACERATEN. ET TOLENTIN. — Romae à R.mo Promotore Fidei inchoatur processiculus apostolicus *super asserto miraculo* tributo intercessioni B. VINCENTII M. STRAMBI, episcopi C. N.

Die 26 Novembris: ROMANA SEU SABINEN. — Romae conficitur *processiculus diligentiarum* super scriptis tributis Servo Dei BERNARDO M. A IESU. Praemissa vulgatione *Edictorum* tum ex parte Ordinarii Sabinensis, tum ex parte Praepositi Generalis C. N., absolvitur unica sessione, *forma breviori.*

Die 30 Novembris: ROMANA SEU SABINEN. — Facultas conceditur rite aperiendi *processiculum diligentiarum praefatum.*

APPENDIX.

ALBANEN. — Beatificationis seu declarationis Martyrii Servae Dei MARIAE GORETTI, *virginis.*

Causa haec cursu veloci progreditur. Introducta et adprobato non cultu exhibito, hoc anno confectus est *processus apostolicus*, zelo et studio P. Mauri ab Immaculata, Procuratoris Generalis nostri et huiusce Causae *peculiaris postulatoris.*

OBLATIONES PRO CAUSIS BEAT. CANONIZ. C. N. PROMOVENDIS

E RECESSU SS. IOAN. ET PAULI. - R. mus P. TITUS *Praep. Gen.*, L. 3.872. - A. R. P. Bonaventura *Cons. Gen.*, 220. - A. R. P. Ioachim *Cons. Gen.*, 100. - A. R. P. Marianus *Cons. Gen.*, 100. - Sacerdotes Recessus, 851. — E PROVINCIA PRAESSENTATIONIS. - E Recess. Vetralla, 205. - Vinchiana, 15. - Borgetto, 23,45. — E PROVINCIA B. M. DOLOROSAE. - E. Recess. Napoli, 250. - S. Sosio, 130. - Paliano, 560. - Cicciano, 200. - Sora, 150. - Airola, 75. — E PROVINCIA B. M. V. PIETATIS. - Curia Provincialis, 125. - A. R. P. Salvator, 150. - « Eco di S. Gabriele », 28,50. - E Recess. Recanati, 782. - Madonna della Stella,

300. - S. Gabriele dell'Add., 525. - S. Angelo in Pontano, 65. - Morrovalle, 150. - S. Marcello, 70. - S. Giustina, 20. — E PROVINCIA S. JOSEPH. - E Recess. Londra, 3.820. - Herne Bay, 200. - Carmarthen, 200. — E PROVINCIA S. PAULI A CRUCE. - E Recessu Union City, 155. — E PROVINCIA S. CORDIS JESU. - E Recessu Lima, 60,65. — E PROVINCIA PURISSIMI CORDIS B. M. V. - « Il Divin Crocifisso », 515. - E Recess. S. Zenone, 100. - Cameri, 100. - Brugnato, 180. - Pegli, 100. - Pianezza, 20. — E PROVINCIA IMMACULATAE CONCEPTIONIS. - A. R. P. Provincialis, 460. - E Recessu Buenos Aires, 2.200. — E PROVINCIA S. LATERIS. - E Recessu Novoli, 270. — E PROVINCIA S. FAMILIAE. - E Mexico, 184,35. — E PROVINCIA SS. CRUCIS. - E Recessu Cincinnati, 475. — E PROVINCIA S. GABRIELIS A V. P. - Curia Provincialis, Fr. 10.000. - E Recess. Cruysautem, 250. - Ere, 100. - Diepenbeek, 60. - Wesembeek, L. 1.597,45. — E PROVINCIA SPIRITUS SANCTI. - E Recessu Marriekville, 2.835. — E PROVINCIA PRETIOSISSIMI SANGUINIS. - E Recess. Peñafiel, 530. - Braga, 258,60. - Barroselas, 500. — E PROVINCIA MATRIS S. SPEI. - A. R. P. Clemens Provincialis, 12.122,65. — E PROVINCIA CALVARI. - A. R. P. Ignatius Cons. Prov., 100. — E PROVINCIA S. PATRITIL. - A. R. P. Adrianus Provincialis, 6.000. - E Recessu Belfast, 1.000. — E POLONIA. - A. R. P. Iulius Viceprovincialis, 500.

Die 6 Martii 1939.

P. AECIDIUS C. P.
Postulator.

SECRETARIATUS MISSIONUM

Ad faciliorem reddendam memoriae et nominum conservationem omnium Fratrum, qui in Missionibus ad infideles adlaborarunt, normas, quae usque adhuc secutae sunt, immutare censuimus. Idcirco omnes et singulos Superiores Missionum, quae nostrae Congregationi concreditae sunt, rogamus in Domino, ut non schedulam uniuscuiusque Fratris, sed elenchum unicum omnia nomina et mansiones Fratrum continentem, quotannis mittant. Singuli Superiores hunc elenchum pro suis tantum subditis conficiant. In hoc elencho nomen Religionis et nomen saeculi uniuscuiusque Religiosi adnotetur, cui Provinciae sit addictus, annus, mensis et dies, in quo natus sit et professionem

emiserit; necnon tempus in quo Missionem aggressus sit, et, si presbyter, quando sacerdotio auctus sit.

Christus Iesus, Redemptor noster, Apostolos suos certiores fecit eorum nomina scripta in coelo fuisse; nos autem Fratrum nostrorum nomina, qui apud infideles Apostolorum opus prosequuntur, in libro, qui « Liber vitae » nominatur, inscribere cupimus.

Valete in Domino « *et Pax Christi exultet in cordibus vestris* ».

P. MARIANUS A VIRGINE ROSARII *Cons. Gen.
Secretarius Pro Missionibus.*

DOCUMENTA HISTORICA CONGREGATIONIS

MONITUM.

In Acta 1 decembris 1937, pag. 418 editum est BREVE, quod habendum est sub n. CXL bis, cum sit pars integra BREVIS, editi in Acta 1^a octobris 1937, pag. 365.

CXLI.

BREVE PONTIFICIUM, QUO PATER THOMAS AB INCARNATA SAPIENTIA, PRAEPOSITUS GENERALIS C. N., CIVITATE DONATUR IN STATU PONTIFICIO.

(die 12 Septembris 1805).

(Ex diplomate originali).

PIUS PP. VII.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus, vitae ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecisti, tu, qui, ut asseris, licet ex pedemontana familia Albesano in Dioecesi Albensi

ortus, per duos tamen et triginta circiter annos continuam in Statu nostro Pontificio mansionem adhuc fecisti, cupias modo in testimonium, ac veluti praemium laudabilis tuae commorationis hujusmodi inter ejusdem Status nostri originarios per Nos admitti; Nos te specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, in quibus quomodolibet innodatus existas, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, super precibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Te in naturalem et originarium dicti nostri Status auctoritate apostolica tenore praesentium admittimus, edicimus et declaramus, Tibique, ut omnibus et singulis indultis, favoribus, privilegiis, exemptionibus realibus et personalibus, coeterisque praerogativis, quibus alii in eodem Statu nostro nati, et excreti religiosi viri tam de jure, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, ac sine ullo prorsus discrimine uti, frui, et gaudere libere et licite possis et valeas, perinde ac si in eodem Statu nostro natalem diem habuisses auctoritate et tenore praesentis concedimus et indulgemus. Mandantes propterea dilectis filiis nunc et pro tempore existentibus ejusdem Status, et hujus Almae Urbis nostrae Gubernatoribus, Magistratibus, coeterisque ad quos spectat vel spectabit quomodolibet in futurum, ut te de praesentis gratiae commodo et effectu pacifice frui et gaudere sinant, et faciant, neque te desuper a quoquam molestari, aut perturbari permittant. Ac decernentes ipsas praesentes litteras, firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Tibi in omnibus et per omnia plenissime suffragari; neque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos, etiam Causarum Palatii apostolici auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis et eorum cui-libet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis nec non dictae Urbis, aliarumque Civitatum et Locorum pr. i nostri Pontificii Status, tuaeque Congregationis et juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis; quibus

omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, coeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XII Septembris MDCCCV. Pontificatus nostri Anno sexto.

Pro D.no Card. BRASCHIO DE HONESTIS.

L. † S.

G. BERNIUS, *Substitutus*.

CXLII.

DECRETUM S. R. C., QUO CONCEDUNTUR SODALITATI NOSTRAE OFFICIUM ET MISSA IN HONOREM S. CORDIS B. M. V.

(*die 17 maii 1806*).

(Ex originali asservato in Archivio Generali).

CONGREGATIONIS CLERICORUM EXCALCERATORUM SS.MAE CRUCIS
ET PASSIONIS D. N. I. C.

SS.mus D.nus Noster Pius VII Pont. Max. ad humillimas preces Praepositi Generalis Congregationis Clericorum Excalceat. SS.mae Crucis et Passionis D. N. I. C., me infrascripto Secretario referente, benigne indulsit, ut quotannis in eadem Congregatione, nec non in Asceteriis Monialium ejusdem Instituti in Dominica III post Pentecosten agi possit festum in honorem Sacri Cordis B. M. V. cum facultate recitandi in ipso festo ritu dupl. maj. officium cum Missa ut in die Dedicacionis S. Mariae ad Nives cum Lectionibus tamen II Nocturni ut in quinta die infra Octavam Nativitatis ejusdem B. M. V. scilicet: *Dei Filius*, etc.

Die 17 maii 1806.

JULIUS M. Card. DE SOMALIA, S. R. C. Praef.

L. † S.

J. DE CARPINEO, S. R. C. Secret.

NOTANDUM.

Anno 1873 concessum fuit officium proprium cum Missa propria. Decretum relativum vulgabitur in hoc Commentario juxta seriem chronologicam horum documentorum. Verum in Reformatione Kalenda-

*rii sub Pio X Festum istud e nostro Calendario expunctum est; de-
mum rursus nobis concessum fuit anno 1919, recolendum Sabbato post
octavam Corporis Christi, scilicet immediate post solemnitatem Sacra-
tissimi Cordis Iesu (cf. « Bollettino », a. I, 1920, pag. 73).*

CXLIII.

BREVE PONTIFICIUM, QUO LARGITUR CHRISTIFIDELIBUS FACULTAS LUCRAN-
DI IN NOSTRIS ECCLESIIS INDULGENTIAM PLENARIAM DIE FESTO ASSUM-
PTIONIS B. M. V. ET IN FERIA VI INFRA HEBDOMADAM PASSIONIS.
(*die 2 septembris 1806*).

PIUS PP. VII.

(*Ex diplomate originali asservato in nostro Archivio Generali*).

*Ad perpetuam rei memoriam. AD AUGEN. FIDELIUM RELIGIONEM, et
animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti,
oratoribus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poeniten-
et confessis, ac S. Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Con-
gregationis tam Clericorum Discalceatorum SS. mae Crucis et Passio-
nis Iesu Christi nuncupat., quam Monialium ejusdem Congregationis
ubicumque existentibus die festo Assumptionis B. Mariae Virginis Im-
maculatae ac Feria VI infra hebdomadam Passionis a primis Vesper-
is usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote
visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum
extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces
effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam omnium pec-
catorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Do-
mino concedimus. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque.
Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem,
ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis,
manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personae in eccle-
siastica dignitate constitutae, vel Procuratoris Generalis dictae Congre-
gationis, munitis eadem prorsus fides habeatur quae haberetur ipsis
praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae.*

*Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub anulo Piscatoris die
2 septembris MDCCCVI pontificatus nostri anno septimo.*

L. ✠ S.

R. Card. BRASCHIUS DE HONESTIS.

*In Archivio Domus SS. Ioannis et Pauli asservatur exemplar typis
editum. (Cf. Collectio facultatum a. 1931, n. 174 2) et 11).*

CXLIV.

DECRETUM S. R. C., QUO OMNES PROCESSUS APOSTOLICI ET ORDINARI IN CAUSA BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SANCTI PATRIS NOSTRI APPROBANTUR.

(die 10 aprilis 1808).

(Ex folio typis edito).

DECRETUM

ROMANA SEU AQUEN.

Beatificationis et Canonizationis.

VENERABILIS SERVI DEI

P. PAULI A CRUCE

Presbyteri et Fundatoris Congregationis Clericorum Excalceatorum SS.mae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi.

Ex dispensatione Apostolica in Congregatione Ordinaria Sacrorum Rituum Absque interventu Consultorum ab E.mo et R.mo D.no Cardinali Matthaejo Episcopo Praenestino loco E.mi et R.mi D.ni Cardinalis Castiglione absentis Ponentis Causae Ven. Servi Dei P. Pauli a Cruce Presbyteri, et Fundatoris Congregationis Clericorum Excalceatorum SS.mae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi, instante R.mo Vincentio Maria Strambi Episcopo Maceraten., ejusque substituto P. Paulo Hyacintho a SS.ma Trinitate ejusdem Congregationis, proposito Dubio: *An constet de Validitate Processuum tam Apostolica, quam Ordinaria Auctoritate constructorum, Testes sint rite, et recte examinati, jura producta legitime compulsata in casu, et ad effectum de quo agitur; Sacra eadem Congregatio, audito prius R. P. D. Hieronymo Napulionio Fidei Promotore, qui scripto, et voce sententiam suam exposuit, rescribendum censuit: Affirmative, et quoad Testem XXI. Processus Ordinarii Vetrallensis habeatur loco adminiculi tantum: si Sanctissimo Domino Nostro Pio VII. Pontifici Maximo placuerit. Die 9 Aprilis 1808.*

Quibus a me infrascripto Sac. Rituum Congregationis Secretario eidem Sanctissimo Domino Nostro relatis, Sanctitas Sua benigne annuit. *Die 10 Aprilis 1808.*

L. ✠ S.

A. Card. MATTHAEJUS.

J. DE CARPINEO, S. R. C. Secret.

(Cf. Acta Beat. et Can. S. P. N. in principio Positionis super virtutibus).

CHRONICA CONGREGATIONIS NOSTRAE

PROFESSIONES, ORDINATIONES SACRAE, ELECTIONES

ROMAE IN RECESSU SS. IOAN. ET PAULI. — *Professio perpetua*. - Die 31 oct. in sacello S. P. N. vota perpetua nuncupavit Frater *Septimius a S. Gabriele*, ex prov. a Latere Christi.

EX PROV. PRAESENT. B. M. V. — *Professiones perpetuae*. - Die 14 Sept. 1938 in Recessu S. Michaëlis Arch. (Vinchiana) vota perpetua emisit Confr. *Claudius ab Immaculata*.

Die 3 Nov. 1938 (Vinchiana) professionem perpetuam emisit Confr. *Ildefonsus ab Immaculata*.

Electio extracapitularis. — Vacante in Recessu SS. Crucifixi (Borgetto) Rectoris officio, ob abdicationem R. P. Iustini a Maria SS., Curia Prov. ad vacans officium elegit R. P. *Tharsicium a SS. Sacramento* die 28 Febr. 1939, quam electionem R. mus Praep. Generalis ratam habuit et confirmavit die 1 Martii.

EX PROV. B. M. V. DOLOROSAE. — *Ordinationes sacrae*. - Die 29 Sept. 1938 Sacrum Presb. Ordinem susceperunt PP. *Jacobus ab Immaculata*; *Franciscus Paulus a Iesu et Maria*, ex Recessu S. Mariae ad Montes.

Professiones perpetuae. — Vota perpetua emiserunt die 1 Martii 1938 Confr. *Albertus a Virgine SS. Rosarii*; die 30 Apr. 1938 Confr. *Fortunatus a Iesu et Maria*; die 6 Iul. 1938 Confr. *Aegidius ab Infante Iesu*; die 21 Iul. 1938 Confr. *Caietanus ab Assumpta*; die 15 Sept. 1938 Confr. *Mansuetus a Iesu*.

EX PROV. B. M. V. A PIETATE. — *Ordinationes sacrae*. - Die 6 Nov. 1938, Sacrum Presb. Ordinem suscepit P. *Marius a Pret. Sanguine*, ex Recessu Mariae Immaculatae.

Professiones perpetuae. — Die 13 Iun. 1938 in Recessu S. Mariae Confr. *Marcellinus ab Immaculata*; ibidem die 1 Maii Confr. *Vincen-tius a Virgine Perdolente*; die 3 Iul. in Recessu N. D. S. Cordis Fr. *Tharsicius a SS. Sacramento*; die 12 Iun. 1938 in Recessu S. Mariae a Quercu Fr. *Stephanus a Virgine Dolorosa*; die 19 Nov. 1938 Confr. *Daniel a Maria Infante*.

Prof. temporariae. — Die 22 Sept. 1938 vota emiserunt Confr. *Damianus a N. D. S. Cordis*; *Gulielmus a Maria Infante*; fr. *Natalis a Domina Gratiarum*; *Marcellus a Maria Auxiliatrice*; *Ioannes Maria a S. Familia*.

EX PROV. S. PAULI A CRUCE. — *Prof. temporariae*. - Die 15 Aug. 1938, in Recessu Matris Dolorosae, vota temporaria emiserunt: *Confratres Marcellus a Matre Dolorosa; Terentius a SS. Cordibus; Camillus a SS. Cordibus; Iulius a Matre Nostra Dolorosa; Bertinus a Matre Dolorosa; Bernardinus a Matre Nostra Dolorosa; Wilfredus a N. D. Montis Carmeli; Leo a Matre Dolorosa; Cronanus a Virgine Perdolente; Benedictus ab Immaculata Matre Dei; Dunstanus a SS. Cordibus; Cornelius ab Immaculata Matre Dei; Berardus ab Immaculata Conceptione; Georgius a SS. Vulneribus; Robertus a N. D. perpetui auxilii; Alexius a Matre Nostra Dolorosa; Eduardus a Iesu Crucifixo; Ernestus a Matre Dolorosa; Frater Franciscus a SS. Sacramento.*

EX PROV. S. CORDIS IESU. — *Capitulum Provinciale*. - Habitum est a die 15 Sept. ad d. 20 eiusdem mensis in Recessu Passionis D. N. I. C. (Deusto), eique praefuit Rev.mus Praep. Generalis.

Electi autem fuerunt:

- in Praep. Provinciale: Ad. R. P. ROCHUS AB ASSUMPTIONE;
- in 1.um Consultorem: Ad. R. P. *Martinus a Latere Iesu;*
- in 2.um Consultorem: Ad. R. P. *Didacus a Latere Iesu;*
- in Rect. Reces. Passionis D. N. I. C. (Deusto) R. P. *Felix a S. Joseph;*
- in Rect. Reces. N. D. de Angosto (Villanañe) R. P. *Emmanuel a Iesu Infante;*
- in Rect. Reces. Calvarii (Mondoñedo) R. P. *Abundius a S. Alphonso;*
- in Rect. Reces. B. M. V. Dolorosae (Mellid) R. P. *Demetrius a S. Michaël;*
- in Rect. Reces. B. M. V. de Monte Carmelo (Gaviria) *Alumnatus: Superior ad nutum;*
- in Rect. Reces. B. M. V. de Monte Carmelo (Tafalla) R. P. *Firminus a Cruce;*
- in Rect. Reces. S. Gabrielis a Virgine Perdolente (Irun) R. P. *Victor ab Assumptione;*
- in Rect. Reces. S. Isidori (Lima) R. P. *Damianus a Corde Iesu;*
- in Rect. Reces. (Caldas de Reyes) R. P. *Xaverius M. ab Incarnatione;*
- in Rect. Reces. (Bogotá) R. P. *Romualdus a S. Ignatio;*
- in Rect. Reces. D. N. de Lourdes (Villareal) R. P. *Hilarius a S. Ignatio;*

in Magistrum Novitiorum (Villanañe) R. P. *Ieremias a SS. Spinis*.

Ordinationes sacrae. — Die 11 Iul. 1937 sacrum Presb. ordinem receperunt per manus Rev.mi Raphaelis Balanzà y Navarro Episc. Lucensis, in sacello Palatii Episc. (Lugo) PP. *Eusebius a S. Michaël Arch.*, *Gumersindus ab Incarnata Sapientia*; die 24 oct. 1937 per manus Rev.mi Benjamini de Arriba Castro, Episc. Mindoniensis, in sacello Palatii Episc. (Mondoñedo) P. *Vincentius a Nomine Mariae*; die 26 Iun. 1938, per manus Rev.mi Fr. Placidi Rey Lemos, Archiep. Tit. de Pelusio, in ecclesia B. M. V. de Arduzara, P. *Honorius a Corde Mariae*.

EX PROV. S. CORDIS MARIAE. — *Electiones extracapitulares.* — I. - Vacante in Recessu N. D. a S. Cassiano (Cameri) Rectoris officio, ob mortem P. *Caroli a Virgine Rosarii*, Curia Provincialis die 15 Ianuarii 1939 ad vacans officium elegit Ad. R. P. *Victorinum a S. Aloisio*, quam electionem Rev.mus Praep. Generalis die 28 Jan. ratam habuit et confirmavit. — II. - Dimisso, ob infirmam valetudinem, officio Provincialis a P. EDUARDO A S. FRANCISCO XAVERIO, ad normam Constitutionum n. 262 regimini Provinciae successit primus Consultor et ad vacans officium secundi Consultoris, die 16 Martii 1939, Rev.mus P. Praep. Generalis una cum Viceprovinciali et primo Cons. elegerunt A. R. P. IGNATIUM A CRUCE.

Ordinationes sacrae. — Die 18 Sept. 1938, sacrum Presb. ordinem susceperunt: PP. *Ladislaus ab Immaculata*; *Victorius a Iesu et Maria*; *Angelicus ab Immaculata*; *Adulphus a Matre Dei*; *Robertus a S. Teresia*; *Athanasius a Cruce*.

Professio perpetua. — Die 26 Nov. 1938 vota perpetua emisit Fr. *Marcellinus a Virgine Perdolente*.

EX PROV. S. FAMILIAE. — *Capitulum Provinciale.* - Habitum est a die 21 Sept. ad diem 26 eiusdem mensis 1938, in Recessu S. Familiae (Zaragoza), eique praefuit Ad. R. P. *Innocentius a Patrocinio S. Ioseph*. Electi autem fuerunt:

in Praep. Provinciae: Ad. R. P. *IOANNES MARIA A S. FAMILIA*;
in 1.um Consultorem: Ad. R. P. *Florentinus a Virgine Perdolente*;

in 2.um Consultorem: Ad. R. P. *Vincentius M. a S. Paulo a Cruce*;

in Rect. Reces. S. Christi a Luce (Daimiel)

in Rect. Reces. N. D. de Guadalupe (Tacubaya)

in Rect. Reces. S. Ioseph (Toluca)

in Rect. Reces. N. D. de Caritate (S. Clara) R. P. *Bernardus M. a Iesu*;

in Rect. Reces. N. D. de Villar (Corella) R. P. *Ioseph Caius a S. Paulo a Cruce*;

in Rect. Reces. Iesus a Monte (Habana) R. P. *Claudius a Puero Iesu*;

in Rect. Reces. S. Familiae (Zaragoza) R. P. *Franciscus Xaverius a Virgine Perdolente*;

in Magistrum Novitiorum (Corella) R. P. *Sebastianus ab Assumptione*.

EX PROV. SPIRITUS SANCTI. — *Ordinationes sacrae*. - Die 24 Sept. sacrum Presb. ordinem susceperunt: PP. *Ioannes a Maria Immaculata*; *Philippus a Virgine M. Carmeli*; *Edmundus a S. C. Iesu*; *Ioseph M. a Iesu Crucifixo*.

EX PROV. PRETIOSISSIMI SANGUINIS. — *Capitulum Prrovinciale*. - Habitum est a die 23 Sept. ad diem 27 eiusdem 1938, in Recessu SS. Ioannis et Pauli (Peñañiel), eique praefuit Rev. mus Praep. Generalis. Electi autem fuerunt:

in Praep. Provinciae: Ad. R. P. *EDUARDUS A SPIRITU SANCTO*;

in 1.um Consultorem: Ad. R. P. *Benedictus a S. Ioseph*;

in 2.um Consultorem: Ad. R. P. *Isaias a Virgine Dolorosa*;

in Rect. Reces. SS. Ioannis et Pauli (Peñañiel) R. P. *Richardus a SS. Sacramento*;

in Rect. Reces. S. Ioseph (Peñaranda) R. P. *Faustus a S. Ioseph*;

in Rect. Reces. S. Ioseph. (Viña del mar) R. P. *Nazarenus a Corde Mariae*;

in Rect. Reces. B. M. V. Dolorosae (Nuñoa) R. P. *Callistus a Virgine Dolorosa*;

in Rect. Reces. S. Michaëlis Arch. (Santander) R. P. *Ignatius a S. Ioan. Evangelista*;

in Rect. Reces. S. Pauli a Cruce (Mieres) R. P. *Ubaldu a Nominine Mariae*;

in Rect. Reces. Matris S. Spei (Los Andes) R. P. *Ioannes a S. Gabriele*;

in Rect. Reces. S. Christi de Exaltatione (La Paz) R. P. *Aloisius ab Omnibus Sanctis*;

in Rect. Reces. (Barroselas) R. P. *Angelus a Quinque Vulneribus*;

in Novitiorum Magistrum (Peñaranda) R. P. *Hyacinthus a S. Paulo a Cruce*.

EX PROV. MATRIS S. SPEI. — *Professiones perpetuae.* - Die 9 Sept. 1938 vota perpetua nuncuparunt Confratres: *Victor a Puero Iesu; Hugo a Quinque Vulneribus; Bernardinus a Matre Dolorosa; Leonardus a Matre Dolorosa; Paschalis a SS. Sacramento; Michaël a S. Corde Mariae; Martinus a M. Dolorosa; Gerardus a Virgine Gratiarum; Stephanus a Matre S. Spei; Petrus a M. Dolorosa; Frater Stephanus a Matre S. Spei.*

Professiones temporariae. — Die 2 Sept. 1938, professionem temporariam emiserunt Confratres: *Bonaventura a V. Perdolente; Leo a Matre de Perpetuo Succursu (Theodorus Ferpra); Basilius a SS. Sacramento; Paulinus a V. Perdolente (Iacobus de Waal); Carolus a M. S. Spei.*

EX COMMISSARIATU GERMANIAE. — Die 1 Oct. 1938, vota temporaria emisit Fr. *Aloisius a Matre Dei.*

STATISTICA CONGREGATIONIS

KALENDIS JANUARIi ANNI 1939

PROVINCIA	Sacerdotes	Clerici	Fratres	Totum	Novitii	Alumni	Domus	Ministeria	
								Missiones	Exercitia
Praesent. B. M. V.	119	77	69	265	27	65	11	34	92
B. M. V. Dolorosae	91	49	52	192	24	82	9	58	74
B. M. V. a Pietate	82	48	47	177	19	43	9	94	45
S. Joseph	76	16	15	107	17	3	9	103	98
* S. Pauli a Cruce	313	92	26	431	24	48	13	219	296
S. Michaëlis Archangeli	26	5	6	37	—	21	5	10	69
* SS. Cordis Jesu	131	25	65	221	2	—	12	12	90
Puriss. Cordis B. M. V.	120	69	76	265	12	95	9	75	115
Immacul. Conceptionis	37	8	13	58	4	15	4	21	37
Lateris Christi	53	23	42	118	13	50	7	32	23
* S. Familiae	71	7	16	94	10	55	8	27	40
SS. Crucis	171	47	33	251	7	64	8	191	193
S. Gabrielis a V. Perdolente	91	39	42	172	12	158	7	29	107
Spiritus Sancti	29	2	5	36	4	9	4	87	45
* Pretiosiss. Sanguinis	88	19	41	148	4	33	11	—	—
Matris S. Spei	61	28	32	121	10	92	3	4	29
Calvarii	38	15	15	68	—	56	6	10	10
S. Patritii	86	39	21	146	11	22	6	73	131
Commiss. Germaniae	20	11	9	40	—	9	3	—	2
Commiss. Poloniae	20	18	16	54	6	—	3	3	11
TOTUM	1723	637	641	3001	206	920	147	1082	1507

* Statistica kalendis Januarii anni 1938.

STATISTICA SEDIS REV.MI P. GENERALIS

KALENDIS JANUARIII 1939

EX PROVINCIA	SACER.	STUDENTES		FRATR.	TOTUM	MINISTERIA			
		Sacer.	Cleric.			MISS.	EXERC. PUBL.	EXERC. PRIV.	MINIS. MIN.
1 — Praesent. B. M. V.	5	—	—	6	11				
2 — B. M. V. Dolorosae	7	—	—	4	11				
3 — B. M. V. a Pietate	4	—	—	1	5				
4 — S. Joseph	—	—	—	—	—				
5 — S. Pauli a Cruce	—	6	—	—	6				
6 — S. Michaelis Archangeli	1	1	—	—	2				
7 — SS. Cordis Jesu	1	—	—	2	3				
8 — Puris. Cordis B. M	2	1	1	1	5				
9 — Immacul. Conceptionis	—	—	—	—	—				
10 — Lateris Christi	—	—	3	1	4				
11 — S. Familiae	1	—	—	—	1				
12 — SS. Crucis	1	4	—	—	5				
13 — S. Gabrielis	—	1	—	—	1				
14 — Spiritus Sancti	—	—	—	—	—				
15 — Pret.mi Sanguinis	1	—	—	2	3	MISS.			
16 — Matris S. Spei	—	—	—	2	2	EXERC. PUBL.			
17 — Calvarii	—	—	2	—	2	EXERC. PRIV.			
18 — S. Patritii	—	1	—	—	1	MINIS. MIN.			
19 — Ex Commiss. Germaniae	2	—	10	—	12				
20 — Ex Commiss. Poloniae	—	6	6	2	14				
TOTUM	25	42	21	88	10	4	51	46	

ADNOTATIONES. — I. - « Ratio annua » quam singuli Prov. Prae-positi Romam quoquo anno mittunt ad R.mum Praep. Generalem est unicus fons ex quo notitias hausimus huius statisticae.

II. - Numero domorum addendi sunt recessus SS. Ioannis et Pauli, Matris S. Spei ad Arcem Papalem.

III. - Ephemerides a nostris in praesenti editae sunt 26.

IV. - In ultima statistica, edita anno 1935, Religiosi professi erant 2779, nunc autem sunt 3001; habetur igitur augmentum 222 Religiosorum.

VI. - In sede autem P. Rev.mi ab ultima statistica Kalendis Januarii anni 1935 habetur augmentum 19 sodalium.

VARIA NOTATU DIGNIORA

RECOGNITIO EXUVIARUM P. FULGENTII A JESU C. P.

Cum esset in votis Exc.mi Praesulis Stanislai Battistelli C. P. (Ep. dioecesis natalis P. Fulgentii), Superiorum Maiorum Congr. Nostrae, omniumque sodalium a Passione Jesu recognitio exuviarum perillustri Sacerdotis, probante exc.mo P. Galeazzi, Ep. Grosseti, Administratore loci, hoc est Abbatiae appellatae vulgo « Tre Fontane », in Recessu Praesentationis B. M. V., IV idus Novembris, hora X ante meridiem, ipse Exc.mus Ep. Battistelli, adstantibus Can. D. Ant. Dondolini ecclesiae cathedralis Pitilianensis primicerio, subscripto Rectore et sacerdotibus huius Recessus, ianuis clausis, initium recognitionis exuviarum P. Fulgentii a Jesu quam privatissime faciebat.

Aperiebatur sepucrum positum ante altare maximum, ut indicat lapis illic positus ab antiquo. Perspicuum erat sepulcrum P. Fulgentii esse. Reperiebatur capsula (mensura minor quam communis hominum statura) cum exuviis Servi Dei quas maxima cum diligentia extrahebat et in mensulam mappa coopertam ponebat clar. Art. Manzella medicus chirurgus. Ipse medicus in scriptis relinquebat:

« I resti appaiono frammisti a pezzi della cassa macerata e ricoperti da calcinaccio. (Questo dev'essere caduto nell'aprire la fossa).

Si presume che la cassa sia già stata rimossa e poi riposta senza essere stata ricomposta. Si notano:

a) pezzi del cranio; b) tre vertebre del collo, due vertebre toraciche, quattro vertebre lombari, frammenti di vertebre toraciche; c) il tallo e il coccige; d) frammenti di costole; e) frammenti di ossa del bacino; f) una tibia intera; una tibia in frammenti, un frammento di perone; g) frammenti degli omeri; h) frammenti di falangi.

Tutti i pezzi si mostrano allo stato farinaceo, e quasi tutti hanno perduto la consistenza ossea.

Si conserva una croce, alcuni pezzi della corona, frammenti della cintura di cuoio, cinque denti, una scatola di metallo, con un sigillo rotto e senza contenuto ».

Peracta recognitione, Exc.mus Ep. Battistelli collocabat ossa in parva capsula ex cupressu ad hoc parata, et reliquias corporis, zonae pellicaeae rosariiue in vasis ex vitro. Quibus apponebat sigillum Recessus supra ceram signatoriam. Capsula lignea, quae fert nomen Servi Dei P. Fulgentii a Jesu claudebatur in capsula ex zyncho, postea arcte ferruminata.

In quorum fidem praesentes nomina scribebamus sub hac relatio-

ne, quae asservanda erit in archivo huius Recessus, Curiae Episcopalis Pitilianensis et Postulationis Generalis Congregationis a Passione.

Ex Recessu Praesentationis B. M. V., die IV ante idus Novembris, an. 1938.

† STANISLAUS HAMILCAR BATTISTELLI, C. P.

L. ✠ S. Ep. Suanen. Pitilianen.

P. GAUDENTIUS A JESU CRUCIFIXO.

P. CAELESTINUS AB IMMACULATA.

P. PATRITIUS A. N. D. a S. C., Rector.

P. SALVATOR A CRUCE.

L. ✠ S.

DE VICARIATU APOSTOLICO DE YUANLING (Cina - Hunan)

Exc. mus D. Cuthebertus Martinus O' Gara C. P. Vicarius Ap. De Yuanling, in epistola ad Emin. mum Petrum Card. Fumasoni Biondi pridie Kalendas iulias una cum prospectu status missionis data, ad normam C. 300, 2, digniora notatu sui vicariatus exponit.

Libenti animo exposita in epistola paucis referimus, rati pergratum fore omnibus religiosis Congr. Pass. rescire quam multa sustineant nostri missionarii pro dilatatione Evangelii Christi.

Territorium Vicariatus procul distat a castris, nihilominus, uti planum est, belli calamitates participat, imprimis latronum incursiones qui itinera plena periculis reddunt; immo quandoque vel ipsa oppida invadunt et depraedant. « Sorores a Caritate propter constans periculum latronum, suam ruralem domum relinquere debuerunt et aufugere ad Yuanling. P. Cyprianus Frank C. P. noctu in captivitate ductus quanvis brevi postea libertate donatus, tamen tantum « post longum tempus suam spoliata missionem repetere potuit », at pagus ubi residebat pene incendio consumptus erat.

Profugi innumeri Vicariatum confluunt « pluresque iam in variis civitatibus remanent ». Omnibus praesto sunt Sorores a Caritate de Yuanling et Sorores a S. Joseph de Chihkiang « profugos videlicet infirmos vulneratosve milites visitando, tam in ipsa missione, quam in locis ad hoc a Municipio dispositis ».

Semper ob belli incommoda et periculum destructionis, novae scholae Sororum in Yuanling, et ophanotrophii in Paotzing vix incepta aedificatione supersedere coacta est Missio. Ceterae scholae tamen florent.

Ubi pericula latronum absunt, sicut « in quadam remota a magnis viis regione, missionarii et catechistae innumeros pagos visitant, Evangelium praedicando, populares attrahendo novis mediis, phonographio scilicet et medicinarum distributione; sic plures ad catholicam religionem adducti fuerunt, riteque instructi et baptizati. Immo ad hoc opus propagationis expeditius efficiendum scholam catechistarum aperiendam curavimus ».

Seminaristarum exiguitatem supplet eorum probitas. « Hic memorare iuvat quam grati adhuc simus Deo de conservatione » seminarii missionis tempore hiemali elapso, intempesta nocte, inflammata est pars sinistra domus. « Nos ipsi extemplo advolvavimus, eoque magis afficiebamur timore, ne ignis totum destrueret, quo domum pene totaliter ex ligno confectam esse novimus.

Quasi per miraculum aversum est incendium totius aedificii, insumpto tamen multo labore et tempore, sinistra tantum parte igne destructa ».

Exc. mus Vicarius finem epistolae imponit pacem a Misericordiae Deo precando.

DE NOSTRIS SODALIBUS IN HISPANIA DECENTIBUS

Bellum civile quod tertium iam annum Hispaniam laniat, tandem ad auspiciatum finem vergit, pacem civilibus sacrisque rebus universae nationi restituens, uti iam factum est in regionibus a comunistarum dominatione liberatis.

Religiosos nostros quod attinet, qui adhuc sub comunistarum iugo vivunt, haud omnia explorata sunt. 26 Religiosorum Recessus Daimiel ignoratur sors, certisque indiciis suspicatur eos a comunistis interemptos esse. De aliis 5 eiusdem communitatis haec scimus: Confratres Melliton a SS. Sacramento, Gonzalus a M. Virgine, Andreas a Cruce iam libertate gaudent; reliqui duo, PP. Paulus a S. Stanislaus et Stanislaus a S. Michaelae adhuc sub ditione comunistarum sunt.

Isti quinque a comunistis initio belli civilis capti et Matritum ducti, in asperissimum carcerem coniecti sunt. Post undecim menses conscripti sunt in exercitu comunistarum, ex quo tres priores ad exercitum Franchi transierunt. Interrogati num sortem scirent aliorum Religiosorum communitatis, responderunt se de iis nihil prorsus audivisse, quia omnes e Recessu expulsi et ab invicem divisi, quisque quo se confugeret quaerebat. Putant reliquos Religiosos fuisse a comunistis trucidatos. Ideoque spes nonnisi tenuissima affulget de eorum vita.

De Religiosis Recessus apud Valentiam pauca haec accepimus: PP. Petrus a S. Martino et Casimirus a Nostra Domina Nivis vivunt libertate donati; dum de PP. Simone a Nativitate et Jesu a Corde Mariae, qui diu vinculis detinebantur, nescitur sors. De Religiosis vero Recessus Matritensis nihil certi scitur, quamvis habeantur indicia eos adhuc vivere, quod constat de P. Basilio.

Luctuosiora sunt nobis quae accepimus de Confratribus Recessus Barcinonensis. Civitate a Franco liberata, A. R. P. Praep. Provinciae a S. Familia una cum primo Consultore et alio religioso, Barcinonem petiit de Religiosis illius communitatis exploraturus. Ex septem unum fratrem Alphonsum invenerunt. P. Justus qui, uti noverant, vinculis detinebatur capite damnatus, a comunistis in fugam ductus fuit usque Figueras; dein nihil de ipso acceperunt, gravibusque de causis timebant ne interemptus esset cum ceteris captivis, quos inter Episcopus Terulensis. Sed, Deo favente, P. Justus Galliam ingressus patriam repetere potuit via Hendaye et nunc degit in Recessu S. Familiae (Zaragoza). De ceteris quinque Religiosis, quorum 4 sacerdotes et 1 frater, nihil adhuc cognoscere datum fuit. Antequam tamen nuncium officiale de eorum morte mittatur, P. Provincialis quam diligenter exquirat num revera mortui sint. Sane quisque cogitat quam laeto animo aliquando exciperemus vivos, quos nunc mortuos censemus.

Ex animo omnes Religiosos rogamus ut Deum orent, ut quam primum in Hispania tot tormentis afflicta restauretur pax et ordo tandiu exoptatus.

ERECTIO PRIMI MONASTERII RELIGIOSARUM CONGR. SS. CRUCIS ET PASSIONIS D. N. J. C. IN HOLLANDIA.

Quod iamdudum omnium Sodalium Provinciae Matris S. Spei in votis erat, hodie res absoluta atque perfecta est. Die 29 Dec. Religiosae a Passione primum monasterium in Hollandia erectum solemniter ingressae sunt. Huius novae familiae Sorores ex Monasterio B. M. V. Dolorosae (Thielt) in Belgio, assumptae sunt, in quo iam plures Batavae aderant.

Novum Monasterium anno nuper elapso cum benevolentissimo auxilio Exc.mi Gulielmi Lemmens, Episcopi dioecesei, extractum est in loco vulgo Sittard dioecesei Ruremondensis (Roermond), sub invocatione B. Gemmae, quae sicut, cum vitam adhuc ageret, valde in fundatione secundi monasterii in Italia laboravit, ita miris ferme modis huic fundationi adstitit. Etenim singulare prorsus videtur plus

quam centum benefactores singulos summam mille florenorum pro fundatione Monasterii erogasse.

Die 29 Dec. igitur, benedicta a Rev.mo Episcopo domo cum Oratorio publico, A. R. P. Dominicus a Matre Dei I Cons. Prov. missam celebravit et omnes adstantes, quos inter Benefactores, alloquutus est. Deinde, hora prima post meridiem, solempni processione SS. Sacramentum e propinquo Monasterio Carmelitarum, Exc.mus Episcopus in novum sacellum detulit. Paeibant Sorores a Passione, sequebantur clerus loci, Decanus, A. R. P. Clemens Paep. Provincialis cum nonnullis ex nostris Religiosis, adstante frequentissimo populo.

Post benedictionem eucharisticam Rev.mus Episcopus Religiosas in clausuram duxit, sicque votum Episcopi, Sodalium, necnon Parochi-Decani impletum est.

CONFRATERNITATIS A PASSIONE NOVAE ERECTIONES

Diplomate diei 22 Nov. 1938 erecta est Confraternitas a Passione in ecclesia S. Laurentii, loci Orero di Serra Ricco, dioec. Jannensis (Italia).

Item, diplomate diei 3 Dec. 1938, in ecclesia Cathedrali loci Ventimiglia, dioec. Ventimiliensis (Italia).

Item, diplomate diei 22 Ian. 1939, in ecclesia paroeciali loci Medesano, dioec. Parmensis (Italia).

Item, diplomate diei 11 Febr. 1939, in ecclesia nostri Recessus loci Bogotà, dioec. Bogotensis (Columbia).

Item, diplomate diei 14 Febr. 1939, in ecclesia S. Margaritae, loci S. Margherita di Costigliole d'Asti, dioec. Astensis (Italia).

Item, diplomate diei 5 Martii 1939, in ecclesia S. Mariae Purificationis, loci Tricesimo dioec. Utinensis (Italia).

Item, diplomate diei 16 Apr. 1939, in ecclesia Matris Dolorosae, loci Mook dioec. Ruremondensis (Hollandia).

BENEFACTORES COOPTATI

In albo Benefactorum Congr. Nostrae, patentibus litteris Rev.mi P. Gen. sunt recensiti:

Die 7 octobris 1938, precibus exhibitis a Rev.mo P. Praep. Prov. Praesent. B. M. V., dominus AEMILIUS BENEDETTI, eiusque familia, loci vulgo Porto S. Stefano dioecesis Grossetanae.

Die 7 oct. 1938, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Praep. Prov. B. M. V. Dolorosae, dominus Alfredus Sperati eiusque familia, loci vulgo Serrone, dioecesis Praenestinis. Item ut supra, dominus VICTORIUS GIANNETTI eiusque familia, loci vulgo Solopaca, dioecesis Cerretanae.

Die 18 oct. 1938, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Praep. Prov. B. M. V. Dolorosae, dominus ALFREDUS PAPI, loci Prossedi, dioecesis Ferentinae.

Die 21 novembris 1938, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Abraham a S. Stanislao, domina PAX PLIEGO de Haghenbeck eiusque familia filia Teresia Haghenbeck de Pesado, loci Tacubaya, dioecesis Mexicanae.

Die 21 novembris 1938, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Praep. Prov. S. Familiae, domini OSCAR BARRERO eiusque uxor ROSA DE BARRERO, loci Cuba, dioecesis S. Jacobi de Cuba. Item ut supra, domina Josepha González, vid. González, loci Cuba, dioecesis S. Jacobi de Cuba.

Die 30 Nov. 1938, precibus exhibitis a Rev.mo P. Praep. Prov. Praesent. B. M. V., dominus BELLONI MICHAËL, eiusque familia, loci Massa-Carrara, dioecesis Massensis.

Die 30 Nov. 1938, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praep. Prov. B. M. Dolorosae, Rev.mus Dominus JOSEPH IACCARINI, Antistes Urbanus et parochus, loci Massalubrense, dioecesis Surrentinae.

Die 8 Dec. 1938, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Praep. Prov. B. M. V. Dolorosae, dominus ERASMUS LOMBARDI, eiusque familia, loci Casamicciola, dioecesis Isclanae.

Item, ut supra, domina CATHARINA CAPUANO vidua Castiglione, loci Forio d'Ischia dioecesis Isclanae.

Die 8 Dec. 1938, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Praep. Prov. Spiritus Sancti, Adm. Rev. D. BLAKE JACOBUS, loci Adelaide, dioecesis Adelaidensis.

Die 21 Ianuarii 1939, precibus exhibitis a Rev.mo P. Praeposito Prov. Praesentationis B. M. V. Adm. Rev. ANGELUS FANUCCHI, Parochus, loci S. Alessio, dioecesis Lucensis in Italia. Item, ut supra, dominus SARTUCCI SEXTILIUS, loci Pereta, dioecesis Soanensis et Pitilianensis.

Die 27 Februarii 1939, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Vice-Praeposito Recessuum Poloniae, Rev. Sorores Soc. S. Vincentii a Paulo, EUPHEMIA KAKOWSKIEJ et HELENA RUDZKIEJ, loci *Varsavia*, dioecesis Varsaviensis.

Die 27 Februarii 1939, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Prae-posito Provinciae Pretiosissimi Sanguinis, domini SIXTUS et FELICITAS MARTIN, loci *Villanueva de Orda*, dioecesis Burgensis.

Die 27 Februarii 1939, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Prae-posito Provinciae Spiritus Sancti, domini Mr. et Mrs. PETER KENNY, loci, dioecesis

BIBLIOGRAPHIA

MONITUM

Meminerint Superiores et Scriptores Sodalitatis nostrae omnium operum quae a nostris eduntur, etiamsi tantum novae editiones sint, trina exemplaria ad Secretarium Generalem Congregationis mittenda esse, tum ut in Archivo Generali Congregationis et in sacro Museo ad Scalam Sanctam erecto omnia a nostris edita opera, licet exiguae molis, haberi et servari possint, tum ut de iisdem in hoc Commentario notitiam dare valeamus.

P. FRANCESCO, PASSIONISTA, *La Serva di Dio Isabella Chimienti Vergine Sannicandrese presentata ad un'adunanza di Gioventù Femminile di A. C.* (Cosenza 1938), pag. 92, cm. 15 × 10, Lit. 3 (apud « La Figlia di Maria », Piazza S. Pietro in Vincoli 4, Roma).


Auctor, invitatus ad verba facienda puellis Actionis Catholicae cuiusdam loci, opportunum duxit imitandam proponere Famulam Dei Isabellam Chimienti, quam paucis sed efficacibus verbis descripsit uti sponsam Agni, viginti fere annos, seu totam vitam suam, sollicite impendentem ut se caelesti Sponso virtutibus omnibus exornaret. Quae tunc dixit Auctor, enixe rogatus nunc edidit ad communem aedificationem. Altera tamen pars libelli plurimas narrat gratias his ultimis annis acceptas per intercessionem Famulae Dei, cuius processus ordinarius beatificationis iam inchoatus est.

De Zalige Gemma Jezus' minnende Kruisbruid door J. R. VAN DER LANS, nieuwe, geillustreerde druk, doo een Pater Passionist (Uitgave der Paters Passionisten, te Mook), pag. 96, cm. 13,5 × 9,5.

Ad magis magisque vulgandam devotionem erga B. Gemmam Galgani, Sacerdos quidam ex nostris hanc iterum edidit opellam, a clarissimo I. R. Van der Lans, conscriptam, cuique plures addidit preces. Noster autem libellus talis est, ut lectores facile alliciat ad uberiorem ac profundiorum cognitionem quaerendam de eadem Beata in praeclaris operibus neerlandice editis, inter quae eminet illud cui titulus: *Gemma Galgani een Kind van Jezus Lijden* (pag. 260 in 8^o), ab eodem auctore anno 1921 editum.

P. AURELIO DELLA PASSIONE, SACERDOTE PASSIONISTA, *La S. Agnese del secolo XX Maria Goretti martire della purità*, 3^a edizione interamente rifatta (Nettuno 1939), pag. 64, cm. 17 × 10, Lit. 1,50 (Scala Santa, Roma).

Introducta iam causa beatificationis Famulae Dei Mariae Goretti apud sacram Rituum Congregationem eiusque cognitione latius in dies prescrebrescente, nova editio, et quidem brevior lectuque faciliior, vitae illius desiderabatur. Hoc praestitit Auctor in praesenti opusculo, stilo simplici, vivido et efficaci conscripto, in gratiam praesertim puellarum Italicarum, quibus opella dicatur, ut fulgidum exemplum vitae domesticae et invictae fortitudinis huius humillimae filiae camporum inspiciant et imitentur.



DEPOSITO CORPORE AD CHRISTUM MIGRAVERUNT

DE NUNTIO FUNEBRI

In exarando nuncio funebri nunquam omittatur: Nomen Congregationis vel Instituti; dies, mensis et annus mortis; nomen loci tam sacrum quam saeculare; nomen Provinciae; nomen religionis et saeculi defuncti vel defunctae; dies, mensis et annus primae professionis.

Nuncium vero a Rectore domus, in qua defunctus morabatur, mittendum est tum ad Secretarium Generalem tum etiam ad singulos Provinciales, aliosque Superiores iuxta normas in novis Statutis n. 150 editas.

33. ✓ *Die 24 Decembris 1938*, in Recessu S. Gabriellis (Brighton), Provinciae S. Pauli a Cruce, P. OSVALDUS A VIRGINE DOLOROSA (Daniel Doherty), qui, natus 10 Iunii 1876, vota nuncupaverat die 27 Octobris 1895.

34. ✓ *Die 30 Decembris 1938*, in Recessu S. Cordis (Louisville), Provinciae SS. Crucis, Fr. IOSEPH A N. DOMINA VICTORIAE (Eduardus F. Quinn), qui, natus anno 1867, vota nuncupaverat die 3 Maii 1885.

Anno 1939.

1. ✓ *Die 2 Ianuarii 1939*, in Recessu SS. Crucis (Ere), Provinciae S. Gabrielis, Fr. LEOPOLDUS AB IMMACULATA CONCEPTIONE (Petrus Coeman), qui, natus anno 1863, vota nuncupaverat die 17 Ianuarii 1901.

2. ✓ *Die 6 Ianuarii 1939*, in Recessu Praesentationis B. M. V. (Orbetello), Provinciae Praesentationis B. M. V., Fr. GABRIEL A VIRGINE ANNUNCIATA (Aloisius Borgna), qui, natus anno 1881, vota nuncupaverat die 10 Aprilis 1905.

3. ✗ *Die 8 Ianuarii 1939*, in Recessu S. Francisci (Brugnato), Provinciae Purissimi Cordis B. M. V., Fr. VENANTIUS A PASSIONE (Andreas Gualdani), qui, natus anno 1865, vota nuncupaverat die 3 Novembris 1890.

4. ✓ *Die 9 Ianuarii 1939*, in militari valetudinario (Zaragoza), Provinciae S. Cordis Iesu, P. PAULUS M. AB INCARNATA SAPIENTIA (Leo Arguinchona Onaindia), qui, natus anno 1909, vota nuncupaverat die 15 Octobris 1925.

5. ✗ *Die 18 Ianuarii 1939*, in Religiosa domo S. Pauli a Cruce (Signa), Soror IOSEPHA A FLAGELLATIONE (Maria Cappelli), quae, nata anno 1854, vota nuncupaverat die 4 Aprilis 1889.

6. ✗ *Die 2 Februarii 1939*, in Religiosa domo Nursing Home from Middleton, Soror M. BENEDICTA IOSEPHA A SS. CORDIBUS (Christina Durme), quae, nata anno 1880, vota nuncupaverat die 23 Ianuarii 1908.

7. ✗ *Die 9 Februarii 1939*, in Recessu S. Gabrielis a Virgine Perdolente (Irun), Fr. ANACLETUS A SACRO CORDE IESU (Anacletus Mendiaraz), qui natus anno 1875, vota nuncupaverat die 17 Octobris 1894.

8. ✓ *Die 16 Februarii 1939*, in Religiosa domo S. Mariae (Salford), Soror MARIA ANASTASIA IOSEPHA A PRAESSENTATIONE (Mary Ardy), quae nata anno 1854, vota nuncupaverat die 21 Novembris 1878.

9. ✓ *Die 29 Februarii 1939*, in Religiosa domo S. Crucis (Sutton St. Helens), Soror MARIA AGATA IOSEPHA A MATRE DEI (Mary Breen), quae nata anno 1869, vota nuncupaverat die 5 Augusti 1888.

10. ✗ *Die 12 Februarii 1939*, in Recessu S. Annae (Scranton), Provinciae S. Pauli a Cruce, Fr. PAULUS A CORDE IESU (Paulus Fritschy), qui natus anno 1864, vota nuncupaverat anno 1894.

Inprimatur: TITUS A S. PAULO A CRUCE Praep. Gen.

P. POLISSENO ORLANDI (P. EMIDIO, PASSIONISTA) *Direttore responsabile*

Finito di stampare il 4 aprile 1939 nella Tipografia Agostiniana - Roma

Acta Congregationis

a SS. Cruce et Passione D. N. J. C.

Jesu Christi Passio sit semper in cordibus nostris

EX ACTIS APOSTOLICAE SEDIS

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA
(Sectio de Indulgentiis).

INDULGENTIAE APOSTOLICAE

QUAS SUMMUS PONTIFEX PIUS PP. XII, IN AUDIENTIA INFRA SCRIPTO CARDINALI PAENITENTIARIO MAIORI DIE 11 MARTII 1939 IMPERTITA, BENIGNE CONCESSIT CHRISTIFIDELIBUS, QUI ALIQUID PIETATIS VEL RELIGIONIS OBIECTUM, A SE VEL A SACERDOTE POTESTATEM HABENTE BENEDICTUM, POSSIDENT AC PECULIARIBUS IMPERATIS CONDITIONIBUS SATISFECERINT ⁽¹⁾.

Indulgentiae.

1. — Quisquis saltem semel in hebdomada recitare consueverit coronam Dominicam, vel aliquam ex coronis beatae Mariae Virginis, vel rosarium aut saltem tertiam partem, vel officium parvum eiusdem beatae Mariae Virginis, vel saltem vespers aut nocturnum cum laudibus officii defunctorum, vel psalmos paenitentiales aut graduales, vel consueverit saltem se-

⁽¹⁾ Uti omnes norunt, initio sui Pontificatus quilibet Pontifex publicare solet elenchum Indulgentiarum Apostolicarum, quae in vigore manent donec Successor novum elenchum promulget. Indulgentiarum igitur elenchus a Pio Papa XI, die 17 Febr. 1922 publicatus (cfr. Bollettino 1929, pag. 353), et in nostra Collectione Facultatum et Indulgentiarum n. 176 relatus, reformandus est ad normam huius novi elenchi.

mel in hebdomada aliquod opus ex illis peragere quae sub appellatione « Operum misericordiae » agnoscuntur, vel Missae interesse, servatis conditionibus confessionis sacramentalis, sanctae Communionis et alicuius orationis ad mentem Summi Pontificis, lucrabitur *Indulgentiam plenariam* diebus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Sanctissimae Trinitatis, Corporis Domini eiusdemque Sacratissimi Cordis, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis; Nativitatis S. Ioannis Baptistae; utriusque festi S. Ioseph Sponsi B. Mariae Virginis; Ss. Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Philippi et Iacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Iudae, Matthiae atque Omnium Sanctorum.

Si quis vero ad sacramentalem confessionem ac ad sanctam Communionem minime accesserit, corde tamen contritus ad mentem Summi Pontificis aliquantis per precatus fuerit, singulis diebus supra recensitis *partialem septem annorum* lucrabitur *Indulgentiam*.

Insuper quisquis aliquod ex praedictis pietatis vel caritatis operibus expleverit, quoties id peregerit, *partialem trium annorum Indulgentiam* adipiscetur.

2. — Sacerdotes, qui nullo legitimo impedimento detenti quotidie s. Missae sacrificium celebrare consueverint, *Indulgentiam plenariam* festis supra memoratis consequentur, additis sacramentali confessione et oratione ad mentem Summi Pontificis.

Quoties vero ipsi Sacrum litaverint, *partialem quinque annorum Indulgentiam* acquirent.

3. — Qui recitationi divini officii tenetur, obligationi huic obtemperans, *plenariam Indulgentiam* iisdem recensitis festis lucrabitur, servatis pariter conditionibus confessionis sacramentalis, sacrae Communionis et orationis ad mentem Summi Pontificis.

Qui vero hoc peregerit saltem corde contrito, *partialem quinque annorum Indulgentiam* singulis vicibus adipiscetur.

4. — Quisquis cum primo diluculo, tum meridiano tempore, tum sub vesperam, vel cum primum postea potuerit, orationem vulgo *Angelus Domini*, tempore autem paschali *Regina caeli* aut, has preces ignorans, quinque *Ave Maria* recitaverit:

itemque sub primam noctis horam psalmum *De profundis* vel, si eum nesciat, *Pater noster* cum *Ave Maria* et Requiem recitaverit, *partialem quingentorum dierum Indulgentiam* consequetur.

5. — Eamdem Indulgentiam acquireret qui quavis feria sexta de Passione et Morte D. N. Iesu Christi aliquantulum pie cogitaverit, terque Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam devote recitaverit.

6. — Qui suam conscientiam excusserit et peccata sua sincere detestatus fuerit, cum proposito se emendandi; devoteque recitaverit semel *Pater noster*, *Ave Maria* et *Gloria Patri* in honorem Sanctissimae Trinitatis, aut quinquies *Gloria Patri* in memoriam Quinque Vulnerum D. N. Iesu Christi, *trecentorum dierum Indulgentiam* lucrabitur.

7. — Quisquis pro agonizantibus oraverit, pro iis *Pater noster* cum *Ave Maria* saltem semel recitando, *partialem centum dierum Indulgentiam* adipiscetur.

8. — Qui demum, in mortis articulo constitutus, animam suam devote Deo commendaverit et, rite confessus ac sacra Synaxi reffectus vel saltem contritus, Ss.mum Iesu Nomen ore, si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit et mortem de manu Domini, tamquam peccati stipendium, patienter susceperit *plenariam Indulgentiam* consequetur.

Monita.

1. — Res aptae ad recipiendam benedictionem pro Indulgentiis Apostolicis lucrandis sunt tantummodo coronae, rosaria, cruces, crucifixi, parvae statuae, numismata, dummodo non sint ex stanno, plumbo, vitro conflato ac vacuo aliave simili materia, quae facile confringi vel consumi possit.

2. — Imagines Sanctorum alios ne repraesentent quam rite canonizatos vel in probatis martyrologiis relatos.

3. — Ut quis valeat Indulgentias Apostolicas lucrari, necesse est ut aliquam ex rebus benedictis ab Ipso Summo Pontifice vel a Sacerdote facultate praedito, super se deferat aut in domo sua decenter retineat.

4. — Ex expressa Ss.mi Domini Nostri declaratione, per Apostolicarum Indulgentiarum concessionem nullatenus derogat-

tur Indulgentiis a Summis Pontificibus iam alias forte concessis pro precibus, piis exercitiis vel operibus recensitis.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 11 Martii 1939.

(Cfr. A. A. S., vol. xxxi, pag. 133).

L. ✠ S.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior*.

S. LUZIO, *Regens*.

DOCUMENTA PONTIFICIA CONGREGATIONIS NOSTRAE

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

NOVIATIUS PROVINCIAE PURISSIMI CORDIS MARIAE TRANSFERTUR
E RECESSU « CARPESINO » IN RECESSUM LOCI « CARAVATE ».

1519/39.

Beatissime Pater,

Provincialis Provinciae a Purissimo Corde Mariae Congregationis Passionistarum humillime facultatem implorat canonice erigendi Novitiatum in loco *Caravate*, suppresso eo qui nunc est in loco vulgo *Carpesino*.

Et Deus, etc.

Benigna concessio. — Vigore facultatum a SS.mo D. Nostro concessarum, S. Congreg. negotiis Religiosorum Sodalium praeposita facultatem tribuit Rev.mo Praeposito Generali deveniendi ad canonicam erectionem Novitiatum iuxta preces, altero suppresso, dummodo omnia habeantur, quae de iure requiruntur, ad formam ss. Canonum 554 et 564 Codicis Iuris Canonici.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 19 Aprilis 1939.

L. ✠ S. VINCENTIUS Card. LA PUMA, *Praefectus*.

† L. H. PASETTO, *Secretarius*.

J. X. P.

Executio Rescripti. — Potestate Nobis concessa libenter utentes, Oratori facultatem concedimus Novitiatum constituendi in Recessu vulgo « Caravate », suppresso qui nunc extat in Recessu vulgo « Carpesino », servatis omnibus de iure servandis.

Romae die 24 Aprilis 1939.

L. ✠ S.

TITUS A S. PAULO A CRUCE
Praepositus Generalis.

ACTA CURIAE GENERALIS

COMMUNICATIONES ET MONITA

I.

SUMMI PONTIFICIS BENEDICTIO.

Sanctissimus Dominus Noster PIUS Divina Providentia Pp. XII, in audientia privata Rev.mo Praeposito Generali Congregationis nostrae die 10 aprilis currentis anni concessa, Apostolicam Benedictionem omnibus Congregationis Sodalibus, domibus et operibus, effusa benevolentia benigne impertivit. Votis insuper et omnibus statim post electionem ac die 2 Iunii Eiusdem nomini sacra scripto expressis, hisce benignissimis litteris per Eminentissimum Cardinalem a Secretis Status respondit:

SEGRETERIA DI STATO
DI SUA SANTITA

N. 1.

Dal Vaticano 10 aprile 1939

Rev.mo Padre,

Affettuosamente devoto alla Famiglia di S. Paolo della Croce e alla cara Basilica Celimontana, che fu il Suo Titolo, l'Augusto Pontefice ha accolto con particolare simpatia il filiale in-

dirizzo della Paternità Vostra Rev.ma, ed esprime a Lei e a tutti i membri della Congregazione compiacenza e gratitudine viva.

Coi ricordi del passato spera la Santità Sua che nella mistica pace del Celio codesti dilette figli richiameranno spesso gli attuali bisogni del Vicario di Gesù Cristo e insisteranno per lui nelle loro orazioni.

Grato di tanta carità, rinnova volentieri per l'Istituto tutti i Suoi voti e invia alla P. V., ai buoni Religiosi e alle loro molteplici iniziative l'Apostolica benedizione.

Con sensi di sincera stima mi confermo

della P. V. Rev.ma
aff.mo nel Signore
L. Card. MAGLIONE.

Rev.mo Padre
P. TITO DI S. PAOLO DELLA CROCE
Preposito Generale dei Passionisti
ROMA

SEGRETERIA DI STATO
DI SUA SANTITÀ

N. 2670.

Dal Vaticano 8 Giugno 1939.

Rev.mo Padre,

I caldi auguri che Vostra Paternità Rev.ma ha rivolto all'Augusto Pontefice nella ricorrenza del Suo giorno onomastico a nome pure di tutta la Congregazione dei Passionisti da Lei diretta hanno recato alla Santità Sua novella testimonianza di una devozione particolarmente viva e pia.

Il Sommo Pontefice riconoscente per le espressioni rivelatrici di nobili sentimenti invoca su Lei e Confratelli gli eletti

favori del cielo e in pegno di questi imparte la Benedizione Apostolica.

Con sensi di sincera stima mi confermo

della Paternità Vostra Rev.ma
Aff.mo nel Signore
L. Card. MAGLIONE.

Rev.mo Padre
P. TITO DI S. PAOLO DELLA CROCE
Preposito Generale
della Congregazione dei Passionisti
ROMA

II.

RATIO STUDIORUM PROVINCAE BEATAE MARIAE VIRGINIS DOLOROSAE APPROBATUR.

Ad normam n. 53 Statutorum Nostrorum, Curia Generalis, in consessu diei 24 Novembris 1938, Rationem Studiorum Provinciae B. M. V. Dolorosae, antea a Patribus Secretariatus Generalis pro Studiis accurate revisam, unanimi consensu approbavit.

Enixe autem commendatur ut eadem tam a Lectoribus quam a Studentibus et Alumnis fideliter diligenterque servetur.

ABSENTIA REV.MI P. PRAEPOSITI GENERALIS.

Roma Kalendis circiter Juniis profectus, Rev.mus Praepositus Generalis una cum Adm. Rev. P. Joachim ab Immaculata Conceptione tertio Cons. Generali Galliam petiit, ex qua se conferet in Belgium et deinde in Hollandiam ad canonicam visitationem peragenda. Sodales qui voluerint cum Ipso directe communicare, epistolas mittant ad Recessum civitatis Courtrai (Belgique) usque ad ultimam hebdomadam mensis Julii, ac deinde, usque ad finem versus mensis Augusti, ad Recessum civitatis Mook in Hollandia.

Mense autem Aprili, item ad canonicam visitationem et Capitulum provinciale peragenda, ex delegatione Rev.mi Praepositi Generalis, profectus est in Oceaniam Adm. Rev. P. Bonaventura ab Assumptione, secundus Consultor Generalis.

Preces et vota Confratrum communem Patrem eiusque Delegatum prosequantur, ut omnia ipsis voto cedant.

POSTULATIO GENERALIS

OBLATIONES PRO CAUSIS BEAT. CANON. C. N.
PROMOVENDIS

E RECESSU SS. IOANN. ET PAULI. - L. 377. — E PROVINCIA PRAESENTATIONIS. - E Recessu Schalae Sanctae, 55. Vinchiana, 25. — E PROVINCIA B. M. V. DOLOROSAE. - E Recessu Calvi Risorta, 350. — E PROVINCIA B. M. V. PIETATIS. - E Recessu Recanati, 10. S. Gabriele dell'Addolorata, 200. S. Giustina, 25. Madonna della Stella, 50. Pontefelcino, 120. « *Eco di S. Gabriele* », 115,50. — E PROVINCIA S. PAULI A CRUCE. - Union City, Dollars 1.000. — E PROV. S. MICHAELIS ARCH. - « *Revue de la Passion* » francs 2.204. E Recessu Hardingham, 335. Merignac, 228. Melay, 20. — E PROVINCIA S. CORDIS IESU. - Praepositus Provincialis, francs 1.521. E Recessu Ascain, 724. — E PROVINCIA PURISSIMI CORDIS MARIAE. E Recessu Brugnato, L. 50. Pegli, 250. Carpesino, 65. — E PROVINCIA S. LATERIS. - E Recessu Novoli, 140. Monopoli, 50. — E PROVINCIA S. FAMILIAE. - Provincia, L. 2.000. E Recessu Habana, 543. E Mexico, 38,30. — E PROVINCIA S. GABRIELIS A V. P. - E Recessu Wesembeek, L. 733. — E PROVINCIA PRETIOSISSIMI SANGUINIS. - E Recessu Peñafiel, L. 345. Peñaranda, 450. Mieres, 365. Braga, 500. *Confraternitas Passionis hujus loci*, 500. — E PROVINCIA MATRIS S. SPEI. - Provincia L. 2.205. E Recessu Haastrecht, fiorini 125. — E PROVINCIA CALVARII. - P. Ignatius *Consul. Prov.*, L. 100.

Die 1 Iunii 1939.

P. AEGIDIUS J. A SS. CORDIBUS
Postulator.

SECRETARIATUS MISSIONUM

« Secretarii Missionum erit... conspectum omnium missionum nostrarum et fructuum spiritualium in *Actis Congregationis* publicari curare ». (*Statuta pro Missionibus*, n. 5, e).

STATISTICA MISSIONUM CONGREGATIONI NOSTRAE CONCRETITARUM (ANNO 1938)

MISSIO	SACERDOTES	FRATRES	SORORES	COLLABORATORES (1)	SEMINARISTAE	PAROECIAE	STATIONES	ADIFICIA SACRA	CONFRATERNITATES	SCHOLAE	OPERA VARIA (3)	TYPOGRAPHIAE	EPHEMERIDES	POPULATIO		BAPTISMATA	MATRIMONIA	COMMUNIONES	MISSIONES VEL EXERC. SPIRIT.	
														CATHOLICI	ACATHOLICI					
Diocesis Nicopolitana in Bulgaria	28	7	113	—	12	20	4	21	4	8	11		1	20.200	2.917.000	416	150	169.013	16	
Vicariatus Apostolicus in Peruvia	14	4	8	64	—	4	16	20	4	15	—	1	1	20.069	8.080	23	95	19.965	3	
Vicar. Apostolic. de Yüanling (Hunan) in Sins	33	—	18	169	12	3	32	33	2	29	13	—	—	(4)	10.287	4.489.713	2.431	50	89.690	62
Praefect. Apost. de Tshumbe in Congo Belgico	13	5	12	721	19	—	9	520	—	554	16	1	—	(5)	—	203.505	1.953	342	243.373	11
Praefect. Apost. de Doloma in Africa Centrali	15	6	10	325	27	—	13	9	2	326	8	—	—	(6)	15.762	297.185	1.230	11	125.265	3
TOTUM	103	22	161	1.279	70	27	74	603	12	932	48	2	3	88.879	7.915.483	6.053	648	647.306	95	

(1) Catechistae, magistri, baptizatores. — (2) Vicariatus foranei. — (3) Asyla, Orphanotrophia. — (4) (5) (6) Ex his Catechumeni sunt respective 6745; 2612; 1622.

Adnotationes. — I. - Data statistica unice ex prospectu hausimus quem ad normam can. 300, § 2 quotannis Ordinarii ad S. Congr. de Propaganda Fide mittere debent.

II. - Alumni qui scholas nostrarum Missionum, inclusis scholis precum, frequentant, sunt 30.554, quorum 691 pertinent ad dioecesim Nicopolitanam; 1230 ad Vicariatum Ap. Peruvianum; 1570 ad Vicariatum Ap. de Yuanling; 13.524 ad Praefecturam Ap. Congensem; 13.539 ad Praefecturam Ap. Dodomensem.

III. - Pueri in orphanotrophiis recepti sunt 274, quorum 17 pertinent ad dioecesim Nicopolitanam; 144 ad Vicariatum Ap. de Yuanling; 113 ad Praefecturam Ap. Congensem.

IV. - Pueri in asyilis sunt 320, omnes pertinent ad dioecesim Nicopolitanam.

V. - Senes degentes in asyilis sunt 32, quorum 23 pertinent ad Vicariatum Ap. de Yuanling; 9 ad Praefecturam Ap. Congensem.

VI. - Leprosi sunt 168, omnes pertinent ad Praefecturam Ap. Congensem.

CHRONICA CONGREGATIONIS NOSTRAE

PROFESSIONES, ORDINATIONES SACRAE, ELECTIONES

Romae in Recessu SS. Ioannis et Pauli. — *Professiones Perpetuae.* — Vota perpetua emisierunt: die 20 Aprilis 1939, Confr. *Guilielmus M. a Iesu Infante*; die 12 Maii 1939, Confr. *Rodolphus M. a Redemptione*.

Ex Prov. Praesent. B. M. V. *Professiones temporariae.* - In Recessu B. M. V. ab arce, vota temporaria emisierunt anno 1938: die 16 Oct. Confr. *Ioannes Baptista ab Immaculata* et Confr. *Tharsicius ab Immaculata*; die 27 Nov. in eodem Recessu, Confr. *Raphaël ab Assumpta*. In Recessu S. Ioseph, die 23 Maii Confr. *Eduardus a S. Paulo a Cruce*; die 10 Iul. Fr. *Angelus a Corde Mariae*; die 13 Sept. Confratres *Laurentius a S. Tharsicio*, *Maurus a Virgine Perdolente*, *Ioseph a*

Corde Mariae, Eugenius M^a a S. Aloisio, Cornelius a Nomine Mariae; die 22 Oct. *Euty chius a Corde Iesu*; die 4 Nov. Confr. *Ioannes ab Immaculata*; die 19 Dec. Confr. *Gustavus a SS. Sacramento*.

Ordinationes sacrae. — Die 29 Apr. 1939 sacrum Presb. ordinem receperunt per manus Rev.mi Emygdii Trenta Ep. Viterbiensis, in ecclesia Recessus S. Michaelis (Vetralla), PP. *Stanislaus ab Immaculata, Petrus Paulus a S. Aemilio, Leo ab Immaculata, Gregorius a S. Corde Mariae, Anselmus a S. Petro, Benignus a SS. Rosario, Maximus a Virg. Perdolente, Linus a Maria Infante, Hilarius a SS. Sacramento, Henricus a Virg. Perdolente, Albertus a S. Michaelis Archangelo*.

Ex Prov. B. M. V. Dolorosae. — *Professiones Perpetuae.* - Die 10 Iunii 1938 in Recessu S. Mariae ad Montes (Napoli) vota perpetua emisit Fr. *Eleutherius a SS. Rosario*; die 17 Nov. 1938 in Recessu S. Mariae Puleanensis (Paliano) Confr. *Raphaël a SS. Sacramento*.

Professiones temporariae. — Anno 1938, in Recessu S. Mariae V. Gratiarum, vota temporaria emisierunt; die 25 Sept. Confratres *Germanus a SS. Sacramento, Eusebius a Corde Iesu, Daniel a B. Gemma, Anselmus ab Immaculata*; die 15 Nov.: Confr. *Bartholomaeus a Virg. Perdolente, Marcellus a SS. Rosario*; die 5 Dec.: Confr. *Honorius ab Immaculata, Maximinus a Virg. Pompeiana, Flavius ab Immaculata, Lucianus a Virg. Perdolente, Stephanus a Matre Dei, Petrus a Iesu, Hermanus a Virg. Pompeiana*. In Recessu vero S. Mariae De Corniano die 2 Maii; Fr. *Iacobus a Passione, Salvator a Cruce*; die 7 Sept.: Fr. *Sosius a SS. Trinitate*.

Ordinationes sacrae. — Die 12 Martii 1939, sacrum Presb. ordinem receperunt per manus Rev.mi Alphonsi Ferrandina Ep. Titularis Leptimagnensis, Auxil. Arch. Neapolitanae, in ecclesia Recessus S. Mariae ad Montes (Napoli), PP. *Carmelus a SS. Rosario, Basilius a S. Familia, Antonius a Virg. Pompeiana*.

Ex Prov. B. M. V. a Pietate. — *Professiones Perpetuae.* - Anno 1937. Vota perpetua emisierunt: in Recessu S. Mariae de Casale (S. Arcangelo di Romagna); die 14 Martii: Confratres *Caelestinus a Iesu Infante, Philippus a Bono Pastore*; die 27 Aprilis: Confr. *Ferdinandus a S. Latere*. In Recessu B. M. V. Immaculatae (S. Angelo in Pontano), die 3 Ian.: Confr. *Ildefonsus a Quinque Vulneribus*; die 13 Ian.: Confr. *Silvanus a Virgine Perdolente*. In Recessu

B. M. V. Immacolatae (Isola del Gran Sasso), die 5 Febr.: Confr. *Titus a Nomine Mariae*. — Anno 1938, in Recessu B. M. V. (Montefalco), die 2 Sept.: Confr. *Stanislaus ab Immacolata*. In Recessu S. Mariae de Quercu (Morrovalle), die 20 Nov.: Fratres *Marius a S. Corde, Antonius a Virgine Perdolente*.

Professiones temporariae. — Anno 1938 in Recessu S. Mariae de Quercu (Morrovalle) vota temporaria emiserunt, die 22 Sept.: Confratres *Damianus a N. D. S. Cordis, Gulielmus a Maria Infante, Natalis a Virg. Gratiarum, Marcellus a M. Auxiliatrice, Ioannes M. a S. Familia*; die 1 Nov.: Confr. *Iulianus a Matre Misericordiae*; die 27 Dec.: Fr. *Paulinus a Cruce*.

Ordinationes sacrae. — Sacrum Presb. ordinem susceperunt: die 5 Febr. 1939, per manus Rev.mi Epimenii Giannico, Ep. Triventini, in ecclesia S. Gabrielis a Virg. Perdolente (Gran Sasso), PP. *Titus a Nomine Mariae*; die 3 Junii 1939, per manus Rev.mi Caroli Pensa, Ep. Pinnensis, in ecclesia cathedrali Pinnensi, P. *Remigius a S. Numismate*.

Ex Prov. S. Ioseph. — *Professio temporaria*. - Die 24 Dec. 1938 in Recessu SS. Redemptoris (Broadway), vota temporaria emisit Confr. *Franciscus a B. M. V. Perpetui Succursus*.

Ex Prov. SS. Cordis Iesu. — *Professio temporaria*. - Anno 1938 in Recessu B. M. V. de Angosto vota temporaria emisit die 7 oct.: Fr. *Sabinus a S. Ioseph*.

Ex Prov. Puriss. Cordis Mariae. — *Professiones Perpetuae*. - Anno 1938 in Recessu S. Mariae « delle Rocche » (Molare) vota perpetua emiserunt, die 5 Nov.: Confratres *Ephraem a S. Ioseph, Irenaeus a S. Ioseph, Rochus a Iesu Crucifixo*; die 20 Dec.: Confr. *Sebastianus a S. Ioseph*.

Professiones temporariae. — Anno 1938 in Recessu B. Gemmae V. (Carpesino) vota temporaria emiserunt; die 6 Iulii: Confr. *Eugenius ab Immacolata*; die 15 Sept.: Confr. *Michaël ab Immacolata, Victor ab Immacolata, Gratianus a S. Teresia a Iesu Infante, Maurilius ab Immacolata, Peregrinus a S. Paulo a Cruce, Flavianus a S. Michaële Archangelo, Albertus a Iesu Infante, Elias a Virgine Dolorosa, Ioannes M. a S. Paulo a Cruce, Iulius a Virg. Angelorum, Claudius a S. Teresia a Iesu Infante, Constantius ab Immacolata*; die 27 Februarii: Fratres *Ioseph a Iesu et Maria, Dionysius a S. Ioseph*.

Electio extracapitularis. — Die 4 Aprilis 1939 Curia Prov. elegit in Rectorem Recessus S. Gabrielis a Virg. Perdolente (S. Zenone degli Ezzelini) Rev. P. Gregorium a S. Gabriele a Virg. Perdolente, et in Rectorem Recessus S. Mariae Angelorum (Basella), Rev. P. Valentinum a Matre S. Spei. Quae duo officia vacabant, primum ob electionem Adm. Rev. P. Ignatii in secundum Consultorem Prov.; alterum ob translationem Alumnatus in Recessum B. Gemmae (Carpesino). Electione electis intimata, eorumque consensibus habitis, Rev. mus Praep. Generalis eam ratam habuit et confirmavit.

Ordinationes sacrae. — Die 8 Apr. 1939, sacrum Presb. ordinem receperunt per manus Rev. mi D. Maurilii Card. Fossati, Arch. Taurinensis, in eiusdem sacello privato, PP. *Eusebius a S. Corde Mariae, Maurus a Matre Dei, Silvester a Virg. Immaculata.*

Ex Prov. Immaculatae Concept. — *Professiones temporariae.* In Recessu S. Pauli a Cruce (Capitan Sarmiento) vota temporaria emiserunt: die 30 Ianuarii 1938, Confratres *Ludovicus ab Immaculata, Anselmus a S. Familia*; die 25 Martii Fr. *Archangelus ab Immaculata.*

Ex Prov. a Latere Iesu. — *Ordinationes Sacrae.* - Die 1^a Febr. 1939 sacrum Presbyteratus ordinem susceperunt: PP. *Iucundus a Virg. Perdolente, Titus a Maria Immaculata, Benedictus a S. Antonio*, omnes ex Recessu SS. Cordis Iesu (Manduria).

Professio Perpetua. — Die 9 Oct. 1938 in Recessu SS. Cordis Iesu (Manduria) vota perpetua emisit: Confr. *Leonardus a S. Gabriele a Virg. Perdolente.*

Professiones temporariae. — Die 3 Maii anni 1938 vota temporaria emiserunt: Confratres *Lucas a Virg. Dolorosa, Ierenaeus a S. Corde Mariae, Vincentius a Iesu et Maria, Norbertus a Virg. Dolorosa, Antoninus a Maria SS. ma, Franciscus Xaverius a SS. Cordibus, Aurelius a Maria SS. ma, Ioannes Antonius a Maria SS. ma, Hermenegildus ab Immaculata, Archangelus a Iesu, Ioannes a S. Raphaël.*

Ordinatio sacra. — Die 16 Apr. 1939, sacrum Presb. ordinem suscepit per manus Rev. mi Antonii Di Tommaso, Ep. Uritani in ecclesia civitatis Uriae, P. *Diomedes a SS. Sacramento.*

Ex Prov. SS. Crucis. — *Professiones temporariae.* - Anno 1938 in Recessu S. Francisci de Hieronymo (Kans), Professionem temporariam emiserunt, die 17 Iulii: Confratres *Berranus a Matre Dolorosa, Fridericus a S. Corde Iesu, Leo a Cruce, Carolus a S. Corde Iesu, Aemi-*

lius a S. Corde Iesu, Cronanus a S. Augustino, Rogerius a S. Teresia a Puero Iesu; Die 28 Aprilis: Fratres David a Septem Doloribus, Regis a Matre Dolorosa.

Ex Prov. S. Gabrielis. — *Ordinationes Sacrae.* - Die 15 Augusti 1938 sacrum Presbyter. ordinem susceperunt: PP. *Bernardus a Matre Dolorum, Rogerius a SS. Corde Iesu, Valentinus a Maria, Matthias a Maria, Evaristus ab Immaculata Conceptione, Tharsicius ab Eucharistia, Marcellus a SS. Corde, Bernardinus a SS. Vulneribus.*

Professiones temporariae. — Die 8 Sept. anni 1938 in Recessu S. Gabrielis (Cruyshautem) vota temporaria emisierunt: Confr. *Aurelius a Iesu Crucifixo, Pius a Quinque Vulneribus, Florentinus a Matre Dolorosa, Osmundus a Maria Mediatrice, Gustavus a S. Familia, Felix a Maria Mediatrice, Alexius a S. Corde Mariae, Paschalis a S. Gabriele, Clemens a Matre Dolorosa.*

Ex Prov. Pretiosissimi Sanguinis. — *Professiones temporariae.* - Anno 1938 in Recessu S. Ioseph (Peñaranda) vota perpetua emisierunt die 30 Ianuarii: Confratres *Ioachim a Puero Iesu, Placidus a S. Familia; die 7 Aprilis: Fr. Paulinus a Latere Iesu.*

Ex Prov. Matris S. Spei. — *Ordinationes sacrae.* — Die 7 Maii 1939, sacrum Presb. ordinem receperunt per manus Rev.mi Gulielmi Lemmens, Ep. Ruremondensis, in ecclesia Recessus Virg. Perdolentis (Mook), PP. *Canisius a S. Gabriele, Everardus a Corde Mariae, Alphonsus a S. Ioseph, Sebastianus a SS. Sacramento.*

Ex Prov. Calvarii. — *Professiones Perpetuae.* - Die 27 Oct. 1938 in Recessu Calvarii (Sao Paulo) vota perpetua emisierunt: Confratres *Georgius a SS. Virgine, Carolus a Virg. Perdolente, Hyacinthus a Maria Immaculata, Dionysius a Nostra Domina, Fulgentius a Iesu,*
Professiones temporariae. — Anno 1938 in Recessu Boni Iesu (Curitiba), vota temporaria emisierunt, die 9 Martii: Confr. *Gulielmus ab Immaculata Conceptione; die 29 Dec.: Confratres Natalis a Nostra Domina Salutis, Galilaeus a Matre Dei, Atticus Maria a Iesu; die 26 Iunii: Fratres Aloisius Maria ab Infante Iesu, Vitalis a S. Michaël, Ioseph M. a Iesu.*

Ex Prov. S. Patricii. — *Professiones perpetuae.* - Anno 1938, in Recessu S. Pauli a Cruce (Dublin), vota perpetua emisierunt, die 3 Iunii: Fr. *Gabriel a S. Familia; die 15 Sept.: Confratres Cyrillus a*

B. Gemma, Fintanus a S. Teresia a Iesu Infante, Carolus a S. Corde Iesu, Augustinus a S. Teresia a Iesu Infante; die 16 Oct.: Confratres Reginaldus a Septem Doloribus, Mauritius a Pretiosissimo Sanguine.

Professiones temporariae. — Anno 1938 die 23 Oct. in Recessu S. Gabriellis (Enniskillen), vota temporaria emiserunt: Confratres *Franciscus a Spiritu Sancto, Ioannes Baptista a Matre Dolorum, Kilianus a Regina SS. Rosarii, Lucas a Matre Dei, Donaldus a Domina Perpetui Succursus, Gregorius a Virgine Perdolente, Kenneth a S. Teresia ab Infante Iesu, Silvester a Matre Dolorum; die 18 Dec.: Confratres Norbertus a B. M. V., Caelestinus ab Infante Iesu, Damianus a S. Corde Iesu.*

VARIA NOTATU DIGNIORA.

ERECTIO DOMUS IN VALLIA (*Welsh in Anglia*).

Die 12 mensis Martii proxime elapsi in regione Valliana, apud S. David, in comitatu (*shire, contea*) Pembroke, erecta est nova domus Congr. Nostrae, quae decima est Provinciae S. Joseph, cuius Sodales iam ab anno 1880 erexerant domum in eadem dioecesi Menevensi prope Carmartem, ex quo Recessu regionem Vallianam frequentabant et plures habebant cappellanas, nunc florentissimas paroecias.

Mane igitur diei 12 Martii pulchra ecclesia domui adnexa omnigeno populo repleta erat, qui Religiosos salutarunt eisque propriam laetitiam significarunt de restauratione post tot annos vitae religiosae in regione S. David, quae ante pseudoreformationem vitae catholicae centrum extiterat in Vallia.

Missam inaugurationis celebravit Adm. Rev. P. Benignus a Matre Dei, Praep. Provincialis, adstante Exc.mo Mc. Grath, Episcopo Menevensi, qui frequentem populum allocutus est primum in lingua Valliana, deinde anglice, ac inter alia dixit: novam foundationem posse comparari Betlehem, specie quidem rem parvam, reapse tamen magni momenti, cum haberi possit uti initium instaurationis vitae christianaе in illa regione. Sodales enim a Passione sua vita orationis, solitudinis, silentii, cum cantu divini officii diu noctuque, et missa cotidiana, optime imitari vitam monasticam, quae ante quadringentos an-

nos in magno monasterio S. David floruisset, et absque dubio eosdem fructus sanctitatis, ac discipulos S. David, in populo laturos esse.

Vespere, dum ecclesia et Recessus occidentis solis luce nitebant, atque vexilla papalia aura marina fluitabant, Exc.mus Episcopus solemnem benedictionem eucharisticam omnibus praesentibus impertiit.

SACELLUM IN HONOREM S. PATRIS NOSTRI PAULI A CRUCE IN
ECCLESIA CATHEDRALI CHRISTI REGIS APUD LIVERPOLIUM
(ANGLIA).

Pluribus Congregationis nostrae Sodalibus iam notum est, paucis abhinc annis, Excellentissimum Dominum Richardum Downey, Archiepiscopum Liverpoolitanum, consilium inivisse aedificandi in sua nova ecclesia Cathedrali Christi Regis, Sacellum in honorem S. Patris nostri Pauli a Cruce, immediate post Sacellum SS.mi Sacramenti extruendum.

Tantus honor Patri nostro in ipsa Anglia tributus, quam tantopere dilexit et pro cuius conversione preces tam assiduas fudit, omnes Sodales nostros, ac in primis Provinciae Anglicae S. Joseph alumnos maxima quidem laetitia afficit, cum ipsis spes fulgeat huiusmodi Sacellum velut Sanctuarium fore totius gentis Angliae, quo fideles in unum conveniant ad preces Deo pro fratribus dissidentibus fundendas.

Opere anno 1933 incepto, in praesenti iam aureae librae Britannicae 8.400 collectae sunt. Benefactorum nomina in libro, cui titulus « *Liber S. Pauli a Cruce* », egregie a quadam Sorore Instituti Anglici SS.mae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi depicto, inscribuntur; atque ita inscripti plurium Missarum quae per annum celebrantur fiunt participes, itemque honorum operum ac meritorum omnium totius Congregationis nostrae ex benigna dispositione Rev.mi Praepositi Generalis. Pro ipsis insuper quolibet mense Sacrum offertur Romae in altari in quo sacrae exuviae Patris Nostri reconditae asservantur.

Hoc opus, iam anno 1933 a Rev.mo P. Tito a Jesu laudatum ac probatum, Reverendissimus P. Titus a S. Paulo a Cruce iterum approbavit et benedixit; et anno praeterito, dum erat in Anglia, benedictionem Eucharisticam itemque cum Reliquia Sancti Patris nostri in crypta Ecclesiae frequenti populo adstanti impertivit.

Sodalibus nostris praesertim Anglicis extruendi Sacelli opus de expresso consensu Rev.mi Praepositi Generalis magis ac magis commendatur, eum in finem ut eorum opera Benefactorum zelus et beneficentia excitetur, ut idem opus ad Dei gloriam et honorem S. Patris nostri Legiferi Congregationisque decus ad optatum finem perducatur.

DOCUMENTA HISTORICA CONGREGATIONIS

DE SCAPULARI NIGRO PASSIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

Scapulare in genere est insigne quoddam duobus panniculis constitutum, per funiculos simul iunctis, quod devotionis causa ita deferretur ut eius una pars a pectore, altera a tergo ex scapulis pendeat.

In sua origine « huiusmodi scapularia, quae fideles gestare solent, aliud non sunt quam scapularia variis Ordinibus religiosi propria, pro maiore fidelium commoditate, ad parvam formam redacta » (S. C. Indulg., 18 aug. 1868); Ordines enim cum coeperunt sibi, per Confraternitates, fideles aggregare, iisdem dederunt parvum scapulare, ut signum externum habitus respectivi Ordinis.

Hodie sacra scapularia ad triplicem classem reduci possunt: a) prima est eorum quae insigne sunt alicuius Confraternitatis, ita ut ad validam eorum receptionem inscriptio in registis Confraternitatis eiusdem nominis necessario requiratur, ut scapulare B. Mariae V. de Monte Carmelo; b) altera eorum quae insigne quidem sunt alicuius Confraternitatis, sed valide ab iis quoque fidelibus recipiuntur qui ad Confraternitatem minime pertinent, ut scapulare nigrum Passionis; c) tertia denique est eorum quae nullius Confraternitatis insigne sunt, sed a fidelibus in signum devotionis deferuntur, ut scapulare S. Joseph.

Documenta omnia pontificia, quae scapulare nigrum Passionis, nostrae Congregationis proprium, respiciunt, logico ordine additisque opportunis adnotationibus in commodum Sodalium hic referuntur, tanquam legitimi fontes in hac materia consulendi.

I.

DOCUMENTUM
APPROBATIONIS SCAPULARIS NIGRI A PASSIONE

Scapulare nigrum Passionis, sequenti Rescripto, a Sacra Rituum Congregatione primo approbatum fuit:

Congregationis Clericorum Excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Domini Nostri Jesu Christi.

Sanctissimae Crucis et Passionis Domini Nostri Jesu Christi Clericorum Excalceatorum Congregationis Praepositus Generalis pro tempore, ex benigna concessione Sanctae Sedis diei 22 septembris 1861, privilegio gaudet erigendi in ecclesiis suae Congregationis et etiam in aliis ecclesiis, de consensu Ordinariorum, Confraternitates sub eodem Sanctissimae Crucis et Passionis titulo. Cupiens modo R. mus Pater Petrus Paulus a Virgine Dolorosa, hodiernus Praepositus Generalis, Confratres seu Consodales distinguere parvo habitu seu sacro scapulari nigri coloris, signa Dominicae Passionis praeseferente, a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX humillime imploravit, ut Ritus huiusmodi habitum seu scapulare benedicendi et imponendi approbare dignaretur.

Sanctitas porro Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, precibus clementer annuens, supra adnotatum Ritus benedictionis et impositionis habitus seu scapularis Sanctissimae Crucis et Passionis ab eadem Sacra Rituum Congregatione revisum, correctum et ordinatum, suprema Auctoritate Sua approbavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 30 Julii 1863.

Ep. us Portuen. et S. Rufinae Card. PATRIZI,
S. R. C. Praef.

D. BARTOLINI, S. R. C. Secretarius.

Notandum:

1) Licet in parte dispositiva Rescripti *ritus* tantum benedictionis et impositionis directe et explicite approbetur, per hoc tamen Scapulare ipsum implicite approbatum fuit, ut ex parte expositiva patet ⁽¹⁾.

2) Scapulare debet esse *nigri coloris*, et in anteriori panniculo praesferre signa Dominicae Passionis, idest, iuxta communem usum, signum Passionis, quod sodales nostri sinistrae tunicae parti deferunt, verbis circum circa passim additis: « *sit semper in cordibus nostris* ».

3) Scapulare nigrum erat in sua institutione *signum distinctivum* Sodalium Confraternitatum a Passione, quarum erigendarum facultate Praepositus Congregationis nostrae duobus ante annis a Pio IX, Brevi « *Curavit nobis* » donatus fuerat ⁽²⁾.

4) Scapularis delationi nullae adnexae erant indulgentiae; qui tamen illud deferebant vi inscriptionis in Confraternitate omnibus indulgentiis et gratis spiritualibus Congregationis nostrae gaudebant, ut ex citato Brevi constat.

II.

DE RITU

BENEDICTIONIS ET IMPOSITIONIS SCAPULARIS

In folio supra relati Rescripti, diei 30 Julii 1863, forma seu ritus benedictionis et impositionis continetur, ab eadem S. Rituum Congregatione revisus, correctus et ordinatus. Est autem sequentis tenoris:

⁽¹⁾ In antiquiori Elencho Facultatum et Gratiarum Congregationis nostrae, anno 1867 typis edito, sub numero 77 legimus Praepositum Generalem delegare posse Rectorem seu Moderatorem Confraternitatis sub titulo SS. Crucis et Passionis Dominicae institutae, ad benedicendum parvum habitum seu scapulare nigri coloris signa Dominicae Passionis praesferens, quo confratres seu Consodales distingui possint; ibique citatur Decretum S. R. C. diei 30 Julii 1862. Facultas cum fontis allegatione refertur etiam in Compendio Facultatum et Gratiarum anni 1882, n. 52; in Elencho Privilegiorum anni 1908, n. 49, et in novissima Collectione Facultatum anni 1931, n. 31. Unde scapulare iam ab anno 1862 videretur approbatum. Verum de citato Rescripto, tum in archivo generali tum in archivo S. R. C. nec vola nec vestigium. Forsan in locis citatis pro anno 1862 legendum est 1863 et tunc non de antiquiori sed de eodem Rescripto a nobis supra allato ageretur, praesertim cum dies et mensis concordent.

⁽²⁾ In Brevi legitur: « Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XX septembris anno MDCCLXI, Pontificatus nostri decimosexto ». At tum in suprarelato Rescripto, tum in omnibus posterioribus documentis pro die XX semper dies 22 mendose ponitur.

« Ritus benedicendi et imponendi habitum vel scapulare nigrum Ss. mae Crucis et Passionis Domini Nostri Jesu Christi, pro Sodalibus Confraternitatis sub eodem titulo.

Sacerdos, indutus superpelliceo et stola rubea, eo genuflexo cui habitus vel scapulare est imponendum, dicit:

- ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Judaeis reprobari, a Juda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annae, Caiphae, Pilati et Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi et lancea vulnerari: Tu, Domine, per has sanctissimas poenas tuas et sanctam crucem et mortem tuam, huius famuli tui (*vel famulae tuae*) intellectum illumina, affectum inflamma, ut caritatis tuae dulcedine perfusus (*vel perfusa*) lacrimas compunctionis jugiter effundat, totaque virtute te diligat et quae tibi placita sunt tota dilectione perficiat.

Qui vivis et regnas cum Deo Patre, etc...

- ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc et usque in saeculum.
℣. Domine, exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui tegumen mortalitatis nostrae assumere dignatus es, te humiliter deprecamur, ut hoc indumen-

tum, quod in memoriam tuae Ss.mae Passionis et Mortis institutum fuit, bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris, ut hic famulus tuus (*vel* haec famula tua) qui (*vel* quae) ipsum gestaverit eiusdem Passionis particeps effectus (*vel* effecta) aeternam gloriam tuam consequi mereatur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R]. Amen.

Hic Sacerdos sacrum habitum vel scapulare aspergit aqua benedicta, et illud imponit dicens:

Induat te Dominus novum hominem, ut hac lugubri paenitentiae tessera munitus (*vel* munita) jugiter aspicias ad Jesum, quem manus impiorum confixerunt, et doleas super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. R]. Amen.

Deinde subjungit:

Et ego, ex facultate mihi concessa, recipio te ad participationem omnium honorum spiritualium, quibus, ex apostolico privilegio, gaudet Congregatio Sanctissimae Crucis et Passionis D. N. Jesu Christi.

In nomine ✠ Patris et Filii et Spiritus Sancti. R]. Amen.

In fine tandem:

Passio Domini Nostri Jesu Christi sit semper in cordibus nostris. Amen.

Circa praescriptum Ritus sequentia sunt animadvertenda:

1) Quamvis in inscriptione, ritus *pro sodalibus Confraternitatis* sub titulo Ss.mae Crucis et Passionis dicatur approbatus, tamen idem pro fidelibus cunctis qui scapulare recipere cupiunt adhiberi potest et debet. Unde merito in libello typis impresso dicta verba restrictiva supprimi solent.

2) Formula seu ritus praescriptus ad validitatem adhibendus est, quare non sufficit signum crucis super scapulare manu efformare (S. C. Indul. 27 augusti 1887). In casu vero urgentis necessitatis verba saltem essentialia, idest quae benedictionem et impositionem exprimunt, sunt pronuntianda (S. C. Indul. 18 aug. 1868, Decr. 421; et 24 aug. 1844, Decr. 329).

3) Idem Sacerdos qui scapularia benedicit, et imponere debet

humeris fidelium (S. C. Indulg. 16 Junii 1872, decr. 430). Valide tamen imponuntur uni humero, praesertim si Sacerdos ea collo circumdare non facile possit (S. C. Indulg. 26 sept. 1892).

4) Permittitur ut unum idemque scapulare benedictum Sacerdos pluribus per vicem imponat, ita tamen ut primum scapulare quod deinde adscripti induunt benedictum fuerit (S. C. Indulg. 18 augusti 1868, decr. 421). Quae vero in locum obsoleti deinceps assumuntur, benedictione non indigent.

5) In impositione scapularium licet Sacerdoti, omnibus rite perceptis, dicere *semel* numero plurali formulam impositionis, imponendo successive et sine interruptione scapulare omnibus praesentibus (S. C. Indulg. 18 apr. 1891).

Ritus brevior. — Omissis duobus prioribus versiculis cum responsoriis et subsequenti oratione, nobis *ritus brevior* in benedictione et impositione scapularis nigri adhiberi licet, ex sequenti S. Rituum Congregationis Rescripto:

N. C. 156/24

Beatissimo Padre,

Il Procuratore Generale dei Passionisti, prostrato al bacio dei SS. Piedi, umilmente espone che il rito approvato per la benedizione e l'imposizione dello scapolare nero della Passione è tanto lungo da rendere l'imposizione onerosa, quando molte persone si presentano successivamente a brevi intervalli, o quando il Sacerdote è molto occupato, come accade nell'occasione dei sacri ministeri. Quindi l'umile oratore, ad istanza di molti missionari, supplica instantemente la Santità Vostra di voler rendere facoltativa la prima (più lunga e meno necessaria) delle due orazioni, di cui consta principalmente il rito. Che della grazia, ecc...

CONGREGATIONIS SS. MAE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. JESU CHRISTI.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, referente infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis Rituum Praefecto, benigne indulsit, ut in formula benedictionis et impositionis

scapularis nigri Ss.mae Crucis et Passionis Domini, omitti ad libitum possint duo versiculi cum propriis responsoriis et cum prima subsequenti oratione. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 9 Januarii 1924.

A. Card. VICO Epus Portuen., *Praefectus*.

ALEXANDER VERDE, S. R. C. *Secretarius*.

Specialis Ritus et Formula. — Tempore Missionum et Exercitiorum Sacerdotes nostri speciali ritu et forma uti possunt in benedictione et impositione scapularis nigri, iuxta sequentem concessionem S. Rituum Congregationis:

CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM SS.MAE CRUCIS ET PASSIONIS DOMINI.

Quum occasione Missionum et Exercitiorum spiritualium a fidelibus adstantibus quamplurima exhibeantur scapularia Passionis Domini Nostri Jesu Christi benedicenda et imponenda, et Sacerdotes Missionarii e Congregatione Ss.mae Crucis et Passionis Domini id perficere iuxta formam praescriptam difficillime valeant, idcirco R. mus P. Bernardus Maria a Jesu, Praepositus Generalis eiusdem Congregationis, Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII supplicibus votis deprecatus est, ut iidem Sacerdotes, in sacris expeditionibus et exercitiis spiritualibus, enuntiata difficultate extante, breviorum ritum ac formulam benedictionis et impositionis praedictorum scapularium adhibere queant, neque debeant scapularibus indutos albo Confratrum adscribere, iuxta aliam similem concessionem factam a sa. me. Pii Papae VII die 8 Januarii 1803 presbyteris e Congregatione Ss.mi Redemptoris. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, ita precibus annuere dignata est, ut in supradictis casibus, singuli fideles manu teneant proprium scapulare, dum Sacerdos omnia scapularia simul benedicit unica

consueta formula, atque expleto benedictionis ritu, quisque eorum sibi imponat idem scapulare benedictum Sacerdote proferente formulam iam approbatam impositionis supra omnes simul: « Induat vos Dominus novum hominem etc... », cum ceteris omnibus quae sequuntur. Voluit autem eadem Sanctitas Sua ut in expositis circumstantiis, forma praesenti Decreto indulta perinde valeat ac si forma praescripta servata fuisset. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12 decembris 1898.

C. Card. MAZZELLA, *Praefectus*,

D. PANICI, *S. R. C. Secretarius*.

Forma haec, ut ex verbis Rescripti patet, adhiberi tantum potest pro scapularibus nigris Passionis et non pro aliis. Quod autem dicitur de nominibus in albo Confraternitatis non inscribendis, momentum non habere videtur, cum scapulare nigrum omnibus fidelibus, etsi ad Confraternitatem non pertinentibus, concedi possit, ut ex inferius dicendis patebit.

Benedictio unico Crucis signo. — Peculiarem concessionem hoc loco referimus, quae licet ad scapulare nigrum Passionis directe et exclusive non pertineat, ipsum tamen quoque comprehendit et maximi momenti est pro Missionariis nostris. En huius concessionis *summa* prout exhibetur in folio typis impresso et in generali archivo Congregationis nostrae asservato:

J. X. P. — SS. mus D. N. Pius Pp. X, benigne excipiens vota Religiosorum Congregationis a Passione Jesu, qui missionibus vacant, per Rescriptum S. Cong. nis, Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, indulsit in perpetuum, absque ulla Brevis expeditione, ut iidem Missionarii, in ultima conicione, sive Missionum, sive Exercitiorum spiritualium, etsi privatim habeantur, possint absque ulla formula, sed sola benedictione quam Papalem vocant, benedicere et imponere *scapularia omnia*, omnesque coronas aliaque devota obiecta indulgentiis ditare; non exceptis crucibus cum imaginibus D. N. J. C.

Crucifixi prominentibus (ex materia non fragili), quoad indulgentias Viae Crucis; neque crucibus seu numismatibus S. Benedicti, quoad applicationem indulgentiarum, sine forma a Benedicto Pp. XIV praescripta.

Ex Rescripto S. Cognis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, die 10 Jan. 1906.

Subscr. A. CARD. TRIPEPI, *Praef.*

III.

SCAPULARIS NIGRI EXTENSIO AD OMNES FIDELES.

Ad magis magisque fovendam devotionem erga Passionem Domini, R. mus Praepositus Generalis Congregationis nostrae, anno 1876, Summum Pontificem enixis precibus rogavit, ut scapulare nigrum Passionis, omnibus fidelibus, licet Confraternitati sub eodem titulo non adscriptis, imponi posset. Quam quidem gratiam benignissimus Pontifex sequenti Brevi concessit:

PIUS PP. IX.

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae ad religionem fovendam, animarumque salutem procurandam facere possunt, ea libenti animo concedere solemus. Quamobrem cum supplices nobis preces nuper admovendas curaverit dilectus filius Praepositus Generalis Clericorum Regularium Congregationis Ss. mae Crucis et Passionis D. ni N. ri Jesu Christi, ut sibi suisque in munere successoribus facultatem tribuere dignaremur, benedicendi imponendique Christifidelibus, qui illud suscipere postulaverint, nigrum scapulare Ss. mae Crucis et Passionis Christi, quod Christifideles, ad Sodalitates eiusdem tituli Ss. mae Crucis et Passionis adscripti (quas erigendi facultas iisdemque privilegiis et indulgentiis Congregationis ditandi apostolicis litteris datis die XXII mensis septembris anno MDCCCLXI ipsi concessa fuit) gestare solent: Nos piis huiusmodi precibus benigne annuendum censuimus. Itaque Praeposito Generali pro-

tempore memoratae Congregationis Ss.mae Crucis et Passionis Domini Nostri Jesu Christi, ut Christifidelibus utriusque sexus, sacrum scapulare Sodalium Confraternitatum eiusdem tituli Ss.mae Crucis et Passionis D.ni N.ri Jesu Christi suscipere petentibus, per seipsum aut per alium presbyterum sive saecularem vel cuiusvis Ordinis regularem a se deligendum deputandumque benedicere et imponere iuxta formulam a Sacrorum Rituum Congregatione anno MDCCCLXIII adprobatam, licite ac libere possit, et valeat, ita ut Christifideles qui hoc scapulare eo modo impositum gerent, omnes et singulas indulgentias consequantur, quas consequerentur si ad aliquam ex dictis Confraternitatibus adscripti essent, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, et elargimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII Junii MDCCCLXXVI Pontificatus Nostri anno trigesimoprimo.

F. Card. ASQUINIUS.

Ex huius Brevis tenore sequentia eruuntur:

- 1) Scapulare nigrum, quod antea ut signum distinctivum Confraternitatum a Passione extiterat et earundem tantum Sodalibus imponi poterat, deinceps omnes Christifideles, servatis servandis, suscipere et gerere valent.
- 2) Eiusdem scapularis delationi indulgentiae eadem adnectuntur quae Confraternitatibus a Passione concessae erant. Sodales tamen Confraternitatum ex sola inscriptione in registis eas consequi valent.
- 3) Facultas scapulare nigrum benedicendi et imponendi quae antea solum ad Moderatorem seu Rectorem Sodalitatis relate ad respectivos sodales pertinebat, Praeposito Generali conceditur cum potestate alios Sacerdotes sive saeculares sive regulares deputandi.
- 4) Omnibus Congregationis nostrae Sacerdotibus dicta facultas hodie ex dispositione generali concessa est, prout habetur sub numero 31 novissimae Collectionis privilegiorum.
- 5) Inde ab anno 1877, ut constat ex documentis Archivi generalis, in libello quo a Praeposito generali facultas conceditur Sacerdotibus benedicendi et imponendi scapulare nigrum a Passione, sequens notitia historica praemittitur: « Scapulare nigrum insignibus Passio-

nis dominicae decoratum, compendium est illius sacri indumenti, quod Sanctus Paulus a Cruce, dum de sua sodalitate instituenda cogitabat, coelitus accepisse fertur. Qua de re in eius vita (apud Surium: Taurinensis editionis anni 1876) ita legitur: « In aestivis anni MDCCXX, quadam die, postquam in ecclesia fratrum Cappuccinorum, Sanctissimo Corpore Christi refectus fuerat, domum rediens, repente a sensibus avocatur, et in Deum mente erectus, cum altissimo omnium animi virium silentio, et creaturarum oblivione, vidit atra se veste indutum, ad laevam pectoris cruce alba et Sanctissimo Jesu nomine, litteris itidem albis, signata; simulque haec caelestia accepit dicta: ” Qua puritate et quo candore exornari deceat cor illud, cui sanctissimum nomen Jesu gestandum erit, hoc signum ostendit „. Ad se reversus dum visa et audita secum ipse revolvit, lacrimans prae gaudio, paulo post haud longe absimili visione, desiderio aggregandi sibi socios magis magisque incensus, mente concepit adumbratam Regulae intelligentiam quae ipsi una cum eis servanda foret. Deinceps quo ad tantum opus animum adiiceret, Sanctissima Virgo Deipara, illi sese conspicendam dedit, indutam eadem illa veste nigri coloris, ornata signo candido in cordis effigiem, ubi inter imminentem crucem et subiectos clavos haec cernebatur inscriptio: *Jesu Christi Passio*. Atque Paulum magno admirationis stupore perculsum, alloquens coelestis Regina, suumque filium appellans, vultu moerente, ait se ita amictam esse in luctum pro Jesu nati sui saevissima passione, atque ab eo sodalitatem instituendam fore, quae eadem lugubri veste uteretur, et eiusdem Christi Domini mortem iugiter lugeret ».

IV.

DE INDULGENTIIS SCAPULARIS PASSIONIS

Scapularis nigri delationi nullae ab initio indulgentiae concessae erant, sed tantum a Sodalibus deferebatur ut *distinctivum* Confraternitatis sub titulo Passionis Domini.

Inde ab anno 1876, ex Brevi « *Quae ad Religionem* », scapulare iisdem indulgentiis ditatum fuit quibus Confraternitates a Passione fruebantur.

Harum indulgentiarum primum Summarium « a duobus Con-

sultoribus revisum, et cum certis et authenticis documentis convenire repertum » S. C. de Indulgentiis, decreto diei 13 decembris anni 1864 « typis imprimi permisit »; alterum eadem S. Congregatio, Rescripto diei 10 maii 1877, « uti authenticum recognovit et typis imprimi et publicari posse censuit ». Tandem anno 1918, Rescripto sub die 25 maii, « S. Poenitentiaria Apostolica, auctoritate SS.mi D. N. D. Benedicti Div. Prov. Pp. XV, novum Summarium recognovit et approbavit typisque imprimi et publicari permisit, quibuslibet praece-
dentibus concessionibus indulgentias respicientibus revocatis, quae cum eodem Summario non concordant ».

Etiam hoc tertium Summarium, amplioribus maximisque indulgentiis ex benevolentia benignissimi Pontificis locupletatum, commune erat tum Sodalibus Confraternitatum a Passione tum fidelibus qui tantum scapulare nigrum gerebant.

Verum recentiori tempore, *speciale Summarium* pro scapulari a S. Poenitentiaria vulgatum fuit, dum pro Confraternitatibus Summarium Benedicti XV valere pergit. Summarium hoc novissimum, licet in Actis Congregationis iam contineatur (Cfr. Vol. XIII, pag. 61) hoc loco iterum referre iuvabit ut omnia Documenta Pontificia, quae scapulare nostrum spectant, simul collecta habeantur.

7718/35

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA
(*Officium de Indulgentiis*).

Summarium Indulgentiarum Christifidelibus scapulare nigrum a Passione D. N. Jesu Christi rite benedictum et impositum gestantibus concessarum.

I. *Indulgentia plenaria suetis conditionibus lucranda:*

1) Die receptionis sacri scapularis; 2) In festivitatibus: Commemorationis solemnissimae Passionis D. N. Jesu Christi (feria tertia post Dominicam Sexagesimae), SS. Redemptoris, Pretiosissimi Sanguinis et SS. Corporis Domini, Inventionis et Exaltationis S. Crucis, beatae Mariae Virginis Perdolentis (feria sexta post Dominicam Passionis), Septem Dolorum eiusdem B. M. V., sancti Joannis Evangelistae; 3) Singulis feriis sextis,

si adscripti meditationi Passionis Domini, etsi auxilio alicuius pii libri peractae, saltem per horae quadrantem vacaverint.

II. *Indulgentia plenaria in articulo mortis*, dummodo iidem adscripti, confessi ac sacra Synaxi reffecti, vel, si id facere nequiverint, saltem contriti, sanctissimum nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint.

III. *Indulgentia plenaria*, die festo S. Pauli a Cruce, toties a fidelibus confessis ac Sacra Synaxi reffectis lucranda quoties aliquam ecclesiam aut publicum oratorium Congregationis vel Confraternitatis a Passione visitaverint et recitaverint *sexies Pater, Ave et Gloria* ad mentem Summi Pontificis.

IV. *Indulgentiae Stationum Urbis*, quae lucriferi poterunt diebus in Missali Romano statutis, visitando, modo praescripto in decreto S. Paenitentiariae Apostolicae diei 12 aprilis 1932, propriam ecclesiam paroecialem; sed iuxta declarationem citati Decreti ab ipsa S. Paenitentiarie die 25 februarii 1933 datam, tum tantum cum nullae in loco ecclesiae stationales inveniantur.

V. *Indulgentia partialis*, pia mente vel saltem corde contrito a Sodalibus lucranda: 1) *Septem annorum* quoties gradus Passionis recitaverint; 2) *Quinque annorum*, si per aliquod temporis spatium meditati fuerint, ut supra, Passionem D. N. Jesu Christi; 3) *Quingentorum dierum* quoties divini cultus et pietatis seu mortificationis praescriptos actus, vel quodlibet misericordiae opus erga proximum peregerint, aut collationibus interfuerint ad recolendam Christi Passionem vel morum reformationem procurandam habitis.

Indultum. Omnes Sodales in locis ubi ecclesia vel publicum oratorium Congregationis vel Confraternitatis a Passione non reperitur, aut commode adiri nequit, plenariam indulgentiam toties quoties lucrari poterunt in festo S. Pauli a Cruce si, ceteris paribus, propriam ecclesiam paroecialem visitaverint.

Die 21 Decembris 1935.

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum infra-scripto Cardinali Paenitentiarie Maiori, in audientia SS.mi diei

17 Novembris 1933 concessarum, abrogatis hac in re praecedentibus concessionibus, praesentem Indulgentiarum elenchum favore Christifidelium Scapulare Nigrum a Passione rite gestantium adprobat, eumque tanquam unicum haberi iubet, atque imprimi ac publicari permittit. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma Brevis expeditione. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

L. Card. LAURI, *Paenitentarius Maior*.

S. LUZIO, *Regens*.

Ad concessas Indulgentias lucrandas, praeter opera iniuncta, requiritur ut Scapulare:

1) sit ex lana confectum (S. C. Indul. 18 aug. 1868, Decr. 423), nigro colore, ut supra dictum est (Rescr. S. R. C. 30 iulii 1863) et forma oblonga vel quadrata, non rotunda aut ovali (S. C. Indul. 18 aug. 1868, Decr. 423);

2) deferatur *modo praescripto*, ita nempe ut extremas eius partes habeant pectus et dorsum (S. C. Indul. 12 febr. 1840, 277); deferri autem potest supra vel infra vestes (S. C. Indul. 12 mart. 1855, Decr. 367);

3) *semper*, diu noctuque, deferatur, secus acquisitio indulgentiarum suspenditur (S. C. Indul. 12 febr. 1840, Decr. 279). Non officit tamen si tantum ad breve tempus, ex rationabili causa, deponatur. Si quis, etiam ad longum tempus scapulare dimiserit, non tenetur ad novam susceptionem per manus Sacerdotis, sed in casu, ad indulgentias lucrandas, sufficit scapulare denuo resumere (S. C. Indulg. 27 maii 1857, Decr. 379).

V.

DE METALLICO NUMISMATE SCAPULARI SUFFICIENDO

Pius Papa X, decreto Supremae Sacrae Congregationis S. Officii (*Sectio de Indulgentiis*) sub die 16 decembris 1910, benigne concessit, ut commoditatis gratia, tam uni quam pluribus scapularibus (exceptis quae Tertiorum Ordinum sunt propria) per regularem impositionem

iam receptis, substitui possit *unicum numisma* ex metallo, seu ad col-
lum, seu aliter, decenter tamen, super propriam personam deferen-
dum. Hoc numisma etiam loco scapularis nigri Congregationis nostrae
deferri potest.

Ad indulgentias singulis scapularibus concessas rite lucrandas,
haec, ex citato decreto, sunt adamussim servanda:

1) Huius numismatis pars recta SS.mi D. N. J. C. suum sacra-
tissimum Cor ostendentis, aversa B.mae Virginis Mariae effigiem re-
ferre debet;

2) Idem benedictum esse oportet tot distinctis benedictionibus
quot sunt scapularia regulariter imposita, quois pro lubitu petentium
suffici velit;

3) Singulae benedictiones impertiuntur *unico Crucis signo*, vel
in ipso adscriptionis actu post absolutam regularem scapularis impo-
sitionem, vel serius pro opportunitate petentium, etiam non servato
diversarum adscriptionum ordine;

4) Eaedem benedictiones dari possunt a quovis Sacerdote, etiam
ab adscribente distincto, qui respectiva scapularia benedicendi et im-
ponendi polleat facultate.

Facultas Sacerdotibus nostris concessa. — Sacerdotes
Congregationis nostrae huiusmodi numisma benedicendi facultate
donati sunt a Pio Papa X, die 12 augusti 1909. « Hac enim die
— ut scribit P. Aloisius a S. Francisco Paulano in suo Elencho
Privilegiorum (*pag. 138 nota 2*) — ad S. Pontificis conspectum ad-
missi una cum Viro amplissimo R. P. Camillo Moreschini, qui Pon-
tificatum Camertium, ob insignia merita adeptus, mox sedem honoris
sui, omnibus peroptatus, erat ingressurus, hanc facultatem, aliis Reli-
giosis Sodalibus iam concessam, ab eodem Pontifice humillime impe-
travimus. Cumque sequenti die, una cum Rev.mo P. Praeposito Gene-
rali eundem S. Pontificem iterum adire oportuerit, ab eodem omnia
sciscitati sumus, quae necessaria duximus, ad huiusmodi privilegii
plenam et dilucidam explanationem; quae omnia fideliter in textu re-
tulimus ».

Explanationes huiusmodi plene concordant cum conditionibus
decreti S. Officii supra relati, quae proinde a nostris fideliter sunt
servandae.

Peculiaris facultas pro missionariis nostris. — Praeterea, in favorem Missionariorum nostrorum, peculiaris facultas impetrata fuit, prout in sequenti Rescripto S. Paenitentiariae Apostolicae:

1157/20

Beatissimo Padre,

Il Procuratore Generale dei Passionisti, protrato ai piedi della Santità Vostra, umilmente espone quanto segue: Il Sommo Pontefice Pio X di v. m., con Rescritto della S. Congregazione delle Indulgenze del 10 Gennaio 1906, concesse ai Missionari della Congregazione dei Passionisti il privilegio di poter colla Benedizione Papale, solita a darsi al termine delle Missioni e degli Esercizi Spirituali, benedire gli Scapolari, le Corone e gli altri oggetti sacri, annettendo ad ognuno di essi le indulgenze loro proprie. L'oratore supplica Vostra Santità di concedere che tale privilegio si possa estendere anche alle medaglie, che suppliscono gli scapolari, come fu concesso dallo stesso Sommo Pontefice il 16 dicembre 1910.

Che della grazia, ecc...

Die 16 Aprilis 1920.

SS.mus D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV, in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiaro Maiori impertita, benigne annuit pro gratia iuxta preces in perpetuum, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

O. Card. GIORGI, P. M.

F. BORGONGINI DUCA, S. P. Secretarius.

CONFRATERNITATIS A PASSIONE NOVAE ERECTIONES

Diplomate diei 7 Apr. 1939, erecta est Confraternitas a Passione in ecclesia SS. Crucifixi, loci vulgo Salemi, dioec. Mazariensis (Italia).

Item, diplomate diei 29 Apr. 1939, in ecclesia S. Jacobi, loci vulgo Pasian di Prato, dioec. Utinensis (Italia).

Item, diplomate diei 28 Maii 1939, in ecclesia S. Gaudentii, loci vulgo Varallo, dioec. Novariensis (Italia).

BENEFACTORES COOPTATI

In albo Benefactorum Congr. Nostrae, patentibus litteris Rev.mi P. Generalis, sunt recensiti:

Die 1 Aprilis 1939, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Praeposito Prov. S. Joseph, dominus FRANCISCUS W. GUTRIDGE, loci *London*, dioecesis Westmonasteriensis.

Die 1 Aprilis 1939, precibus exhibitis ab Adm. Rev. Praeposito Prov. Purissimi Cordis B. M. V., dominae VIOLA et CAROLA March. CAMBIASO, loci *Pegli*, dioecesis Januensis.

Die 1 Aprilis 1939, precibus exhibitis a Rev.mo P. Praeposito Prov. Praesentationis B. M. V., Rev.mus dominus DOMINICUS AGRISTINI (cum suis parentibus), parochus loci *Sacrofano*, dioecesis *Port. et S. Rufinae*. — Item, ut supra, dominus ALEXANDER MOSCATELLI eiusque familia, loci *Ponzano Romano*, dioecesis Civitatis Castellanae. — Item, ut supra, dominus HECTOR SACRIPANTI eiusque familia, loci *Canale d'Orvieto*, dioecesis Urbevetanae.

Die 12 Martii 1939, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Praeposito Prov. S. Michaelis Archangeli, dominus CLAVEL JULIUS, eiusque familia, loci *Campagnac*, dioecesis Rutenensis. — Item ut supra, domina LEPAGE GERMANA, loci *Reims*, dioecesis Rhemensis.

Die 18 Maii 1939, precibus exhibitis ab Adm. R. P. Praeposito Prov. B. M. V. Dolorosae, dominus GUARDASCIONE JOSEPH, eiusque familia, loci *Bacoli*, dioecesis Puteolanae. — Item, ut supra, dominus CAPOGROSSI ANTONIUS eiusque parentes, loci *Pontecorvo*, dioecesis Aquinatensis, Soranae et Pontiscurvi. — Item, ut supra, dominus FUSCHELLI SERAPHINUS, eiusque parentes, eiusdem loci et dioecesis.

Die 20 Maii 1939, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Vice-Praepotito Recessuum Poloniae, Rev. mus JOSEPH PIEKUT, Vicarius Foraneus loci *Przasnysz*, dioecesis Polocensis.

Die 26 Maii 1939, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Praeposito Prov. SS. Crucis, domina JUSTINA B. WARD, loci *New York*, dioecesis Neo-Eboracensis.

Die 31 Maii 1939, precibus exhibitis ab Adm. Rev. P. Praeposito Prov. B. M. V. Dolorosae, domina MARIA ANNA RUSSO-VENTRIGLIA, eiusque familia, loci *Curti*, dioecesis Capuanae.

BIBLIOGRAPHIA

MONITUM

Meminerint Superiores et Scriptores Sodalitatis nostrae omnium operum quae a nostris eduntur, etiamsi tantum novae editiones sint, trina exemplaria ad Secretarium Generalem Congregationis mittenda esse, tum ut in Archivo Generali Congregationis et in sacro Museo ad Scalam Sanctam erecto omnia a nostris edita opera, licet exiguae molis, haberi et servari possint, tum ut de iisdem in hoc Commentario notitiam dare valeamus.

P. LUIGI DI S. CARLO C. P., *La Passione di N. S. Gesù Cristo narrata al popolo secondo i SS. Vangeli e la Tradizione*, (Piacenza 1938), pag. 254, cm. 13 × 8.

Huius opusculi, Sodalibus nostris optime noti et pluries in Commentariis nostris laudati, nona iam habetur editio, qua numerum 130.000 exemplarium attingit. Hinc datur intelligi quam acceptum sit fidelibus, et quantopere influat ad Passionem Domini pervulgandam ac devote recolendam. Licet autem in praesenti editione omnia immutata maneant, accurate tamen textus est revisus et menda, quae irrepserant, correctae.

P. IRENEO DI S. GIOVANNI EVANGELISTA, PASSIONISTA, *La Passione di Nostro Signore Gesù Cristo secondo i quattro Evangelisti comparati* (Direzione del « Crocifisso » - Scala Santa - Roma), pag. 32, cm. 21,5 × 15,5.

Loco edendi consuetum fasciculum ephemeridis « *Il Crocifisso* », mense aprili nuper elapso, in quem hebdomada maior incidebat, Sodales nostri ad Scalam Sanctam hoc opusculum ediderunt, ea mente ut christifideles integram historiam Passionis Domini legere ac meditari possent. Auctor quatuor narrationes Evangelistarum harmonice disposuit, ita ut unica et completa haberetur narratio, ab ultima

cena usque ad resurrectionem Domini. Inter varias sententias circa ordinem chronologicum factorum, unam elegit, quam meliorem putavit, discussiones omittens; addidit nihilominus in fine plures adnotationes, quae rem illustrent ac defendant. Opusculum igitur simplicitate gaudet, communi hominum captui accommodata, sed simul sana doctrina ornatur, ne peritis displiceat.

ALOYSIUS MC. DONOUGH C. P., *Grace divine vitamin of the human soul: a discussion club text with questionnaire* (New York 1939), pag. 64, cm. 18 × 12.

Opusculum agit de gratia tum actuali tum habituali, de virtutibus theologicis et moralibus, de donis Spiritus Sancti, doctrinam evolvens modo populari per comparisonem usque ad minima cum vita naturali corporis, ut conclusiones practicas deducat, quae ab omnibus facile intelligantur. Cum autem propositum Auctoris fuerit docere hominem modernum, studiis philosophiae scholasticae ac theologiae non initiatum, qui eam tantum culturam habeat, quae ex libris profanis vel foliis diariis hauritur, ideo in nostro opusculo saepe adhibentur termini ac locutiones, quales in huiusmodi scriptis hodie inveniuntur. Ita, dum legentium ingenio doctrina aptatur, eorum animis melius imprimitur, ac finis ab Auctore intentus obtinetur, ut omnes nempe vitam supernaturalem magni faciant ac beatitudinem aeternam assequi studeant. Claritatis gratia, in fine uniuscuiusque capituli variae quaestiones de argumento tractato proponuntur, utiles praesertim circulis studiorum actionis catholicae. Opusculi prooemium scripsit Exc.mus Dominus Gulielmus A. Griffin, Episcopus Auxiliaris Novarcensis.

P. BERNARDO M. DI GESÙ, PASSIONISTA, *Il Servo di Dio P. Fulgenzio di Gesù, Passionista* (Pia Società S. Paolo, Alba 1938), pag. 82, cm. 18 × 12.

Cura Exc.mi Domini Stanislai Battistelli C. P., Episcopi Soanensis et Pitilianensis, praesens opusculum editum est, quod vitam continet Servi Dei P. Fulgentii a Iesu C. P., iam a P. Bernardo M. a Iesu C. P. conscriptam in opere cui titulus: *Memorie dei primi Compagni di S. Paolo della Croce*. Opportunum enim visum est inter christifideles, praesertim dioecesis Soanensis et Pitilianensis, ubi P. Fulgentius ortum habuit, eiusdem Servi Dei nomen ac vitam magis magisque vulgare, ut eius virtutes imitentur et auxilium implorent. Idem Episcopus, qui tanto zelo causam beatificationis P. Fulgentii promovet, opusculum praefatus est, eique per modum appendicis aliquot addidit paginas, ostendens ex pluribus locis epistolarum S. Patris nostri Legiferi quanti hic aestimaverit primum illum discipulum ac tenero corde dilexerit.

La visita dei Sepolcri nella Settimana Santa (Scala Santa - Roma), pag. 16, cm. 14 × 9,5.

Ut visitatio ad sacra sepulcra, uti vulgo appellantur, feria quinta hebdomadae maioris, pie ac fructuose peragi posset, noster P. Aurelius a Passione hunc libellum scripsit, in septem visitationes distinctum, in quarum singulis devotam posuit orationem, quae Passionem Domini et dolores B. Mariae Virginis simul recoleret. Pium exercitium claudit brevis meditatio de amore Christi pro nobis.

N U N T I A

Opportunum ducimus Sodalibus nostris sequentia opera nuntiare:

SYLLOGE *praecipuorum documentorum recentium, Summorum Pontificum et S. Congregationis de Propaganda Fide, necnon aliarum SS. Congregationum Romanarum, ad usum missionariorum.* Typis Polyglottis Vaticanis, MCMXXXIX (Urbaniana I), pagg. XII, 788; cm. 22 × 15. Religatum Lib. It. 45.

BREVIARIUM ROMANUM, 4 vol., in 18 (cm. 10 × 16): *Novissima editio Taurinensis 1939 amplificata, iuxta typicam; rubro-nigro impressa, lineis rubris inquadrate, typis novis ac clarissimis, charta indica, subtili ac solida.*

Solutum Lib. It. 140

N. 1. — *Contectum chagrin nigro, flexili, cum titulo aureo, angulis rotundis, nervis in dorso flexili, sectione rubra, 4 signis, theca lineata* Lib. It. 215

N. 2. — *Chagrin selecto nigro, cetera ut ad N. 1, sed cum sectione aurata et ornamentis aureis* Lib. It. 270

N. 3. — *Maroquin levantino optimo nigro, flexili, sectione rubra sub aureo cum titulo, ornamentis lineisque marginalibus aureis, cetera ut ad N. 1* Lib. It. 310

Domus Editorialis **MARIETTI** anno 1820 condita; TORINO, Via Legnano, 23 - Roma, Piazza Minerva, 70 (Italia).

Eadem Domus parat novam editionem Proprii Congregationis Nostrae.

In laudem huius novissimae editionis Breviarii Romani iuvat referre, latine redditas, sequentes litteras, quas die 9 Februarii 1939 Em.mus *Eugenius Card. Pacelli*, nunc PIUS XII, ad Eq. Torq. Marium Marietti (Prot. N. 173-284) mittere dignatus est:

« ... Gratulor quam valide Tibi de magna diligentia, in hunc finem impensa, ut haec Breviarii editio non solum typographice eleganter ornata atque nitidis typis impressa produceretur, sed etiam cum numerosis perfectionibus ordinis technici, quibus usus ejusdem non sine certo pietatis commodo facilior reddatur... ».



DEPOSITO CORPORE AD CHRISTUM MIGRAVERUNT

DE NUNTIO FUNEBRI

In exarando nuncio funebri nunquam omittatur: Nomen Congregationis vel Instituti; dies, mensis et annus mortis; nomen loci tam sacrum quam saeculare; nomen Provinciae; nomen religionis et saeculi defuncti vel defunctae; dies, mensis et annus primae professionis.

Nuncium vero a Rectore domus, in qua defunctus morabatur, mittendum est tum ad Secretarium Generalem tum etiam ad singulos Provinciales, aliosque Superiores iuxta normas in novis Statutis n. 150 editas.

11. — *Die 2 Martii 1939*, in Religiosa domo S. Gerardi (Liverpool), Instituti Sororum SS. Crucis (Bolton), Soror MARIA LEONIA IOSEPH A S. CORDE (Mary Flannery), quae, nata anno 1891, vota nuncupaverat die 21 Augusti 1922.

12. — *Diei 8 Martii 1939*, in Religiosa domo SS. Crucis (Thaensis), P. CAIETANUS A. NOMINE MARIAE (Henricus Reijnders), qui, natus anno 1879, vota nuncupaverat die 21 Septembris 1896.

13. — *Die 11 Martii 1939*, in Recessu B. M. Virginis de Catena (Laurignano), Provinciae S. Lateris, Novitius Confr. IOANNES M. A. IESU CRUCIFIXO, qui vota in periculo mortis nuncupaverat die 7 Martii 1939.

14. — *Die 17 Martii 1939* in Recessu B. M. Virginis de Catena (Laurignano), Provinciae S. Lateris, P. CYRIACUS A S. ANNA (Franciscus A. Desanto), qui natus anno 1875, vota nuncupaverat die 5 Novembris 1892.

15. — *Die 23 Martii 1939*, in Recessu Praesentationis B. M. V. (Orbetello), Prov. Praesentationis B. M. V., Fr. PAULUS A Ss. CRUCIFIXO (Nucci Sanctinus), qui, natus anno 1855, vota nuncupaverat die 23 Ianuarii 1880.

16. — *Die 4 Aprilis 1938*, in Recessu S. Ioseph (Peñaranda), Prov. Pretiosissimi Sanguinis, Fr. IULIUS A PASSIONE (Maximianus Balboa), qui, natus anno 1907, vota nuncupaverat die 18 Ian. 1929.

17. — *Die 18 Martii 1939*, in Recessu S. Crucis (Buenos Aires), Prov. Immaculatae Conceptionis, P. THOMAS A SS. SACRAMENTO (Dolon Thomas), qui natus anno 1880, vota nuncupaverat die 10 Aprilis 1897.

18. — *Die 12 Aprilis 1939*, in Recessu SS. Crucis (Belfast), Prov. S. Patritii, P. RICHARDUS A SEPTEM DOLORIBUS (Iacobus Curran), qui, natus anno 1881, vota nuncupaverat die 17 Sept. 1902.

19. — *Die 19 Aprilis 1939*, in Recessu S. Mariae ad Montes (Napoli), Prov. B. M. V. Dolorosae, P. PETRUS A S. CORDE M. (Aloisius Stefanelli), qui natus anno 1866, vota nuncupaverat die 13 Martii 1884.

20. — *Die 24 Aprilis 1939*, in Religiosa domo S. Pauli a Cruce (Signa), Soror IOANNA A S. IOSEPH (Emilia Pancani), quae, nata anno 1863, vota nuncupaverat die 21 Nov. 1892.

21. — *Die 30 Aprilis 1939*, in Religiosa domo S. Pauli (Lytham), Instituti Sororum SS. Crucis et Pass. D. N. I. C. (Bolton), Mater IOANNA FRANCISCA A IESU CRUCIFIXO (Helena Byrne), quae, nata anno 1875, vota nuncupaverat die 6 Ian. 1900.

22. — *Die 19 Aprilis 1939*, in Recessu B. M. V. (Villanañe), Prov. SS. Cordis Iesu, Fr. IOSEPH A S. MARTINO (Martinus S. Mugica), qui natus anno 1858, vota nuncupaverat die 7 Febr. 1884.

23. — *Die 11 Maii 1939*, in Religiosa domo S. Gabrielis (Bradford), Instituti Sororum SS. Crucis (Bolton) Soror M. EMMANUEL IOSEPH A SS. SACRAMENTO, quae, nata anno 1859, vota nuncupaverat die 4 Aug. 1886.

24. — *Die 19 Maii 1939*, in Religiosa domo S. Petri (Bradford), Soror M. BERNARDA IOSEPH A VII DOLORIBUS (Bridget Thornhill), Instituti SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. (Bolton), quae, nata anno 1866, vota nuncupaverat die 30 Aprilis 1887.

25. — *Die 29 Maii 1939*, in Recessu S. Eutychii (Soriano), Prov. Praesent. B. M. V. P. MICHAEL A SPIRITU S. (Angelus Faina), qui, natus anno 1873, vota nuncupaverat die 24 Nov. 1889.

26. — *Die 5 Iunii 1939*, in Recessu Matris Dolorosae (Mook), Prov. M. S. Spei, P. EPIPHANIUS A S. CORDE (Martinus Sellen), qui, natus anno 1884, vota nuncupaverat die 22 Maii 1902.

ELENCHUS SODALIIUM PROVINCIAE S. FAMILIAE
 QUI BELLO CIVILI SAEVIENTE ANNO 1936 A COMMUNISTIS
 PRO DEO ET PATRIA OCCISI SUNT (1)

a) Ex Recessu SS. Crucifixi (Daimiel), die 23 Iulii in loco vulgo Manzanares.

	Natus anno	Professus	
1. Ad. Rev. P. NICEPHORUS A IESU ET MARIA, <i>Provincialis</i> (Vicente Diez Tejerina)	1893	17 Mart.	1908
2. Confr. JOSEPH A SS. CORDIBUS (José Estalayo)	1915	29 Oct.	1933
3. Confr. ZACHARIAS A SS.MO SACRAMENTO (Zacarias Fernández)	1917	23 Oct.	1935
4. Confr. ABILIUS A CRUCE (Abilio Ramos)	1917	23 Oct.	1935
5. Confr. EPIPHANIUS A S. MICHAELE (Epifanio Sierra)	1916	23 Oct.	1935
6. Confr. FULGENTIUS A S. CORDE MARIAE (Fulgencio Calvo)	1917	29 Oct.	1933

Die 23 Octobris, in loco dicto Manzanares:

7. Pater ILDEPHONSUS A CRUCE (Anatolio García Nozal)	1898	25 Maii	1914
8. Pater JUSTINIANUS A S. GABRIELE (Justiniano Cuesta Redondo)	1910	29 Sept.	1926
9. Confr. EUPHRASIUS AB AMORE MISERICORDIOSO (Eufrasio de Celis y Santos)	1915	23 Oct.	1932
10. Confr. HONORINUS A V. PERDOLENTE (Honorino Carracedo)	1917	29 Oct.	1933
11. Confr. THOMAS A SS.MO SACRAMENTO (Tomás Cuartero)	1915	29 Oct.	1933
12. Confr. JOSEPH MARIA A IESU (José María Cuartero)	1918	23 Oct.	1935

Die 26 Septembris, in civitate Ciudad Real:

13. Pater JOANNES PETRUS A S. ANTONIO, <i>Vicarius</i> (José M. Bengoa Aranguren)	1890	9 Nov.	1908
14. Frater PAULUS MARIA A S. JOSEPH (Pablo Leoz Portillo)	1882	12 Sept.	1909

(1) Plurium horum Sodalium nomina non referuntur in novissimo Catalogo generali, edito anno 1937, quando scilicet iam de eorum occisione constabat.

Die 25 Julii, in loco dicto Urda:

15. Pater PETRUS A CORDE IESU (Pedro Lar-go Redondo)	1907	18 Oct.	1923
16. Confr. FELIX A QUINQUE VULNERIBUS (Félix Ugalde)	1915	29 Oct.	1933
17. Frater BENEDICTUS A B. M. V. DEL VIL-LAR (Benito Solana Ruiz)	1898	29 Iunii	1914

b) Item ex Recessu SS. Crucifixi (Daimiel), die 28 mensis Iulii in loco vulgo Carabanchel Bajo (prope Matritum).

18. Adm. R. P. GERMANUS A IESU ET MARIA, Rector (Manuel Pérez Giménez)	1898	5 Maii	1915
19. R. P. PHILIPPUS A S. CORDE MARIAE (Fe-lipe Valcabado)	1874	3 Iunii	1890
20. Confr. MAURILIUS A IESU INFANTE (Maurilio Macho Rodríguez)	1915	23 Oct.	1932
21. Confr. IOSEPH A IESU ET MARIA (José Osés)	1915	29 Oct.	1933
22. Confr. IOSEPH MARIA A IESU AGONIZAN-TE (José María Ruiz)	1916	29 Oct.	1933
23. Confr. IULIUS A S. CORDE IESU (Julio Mediavilla)	1915	29 Oct.	1933
24. Confr. LAURINUS A IESU CRUCIFIXO (Laurino P. Cuesta)	1916	23 Oct.	1935
25. Frater ANACARIUS AB IMMACULATA (A-nacario Benito Nozal)	1906	4 Dec.	1922
26. Frater PHILIPPUS A S. MICHAELE (Fe-lipe Ruiz Fraile)	1915	23 Oct.	1932

c) Ex Recessu Barcinonensi mense Julio.

27. P. THOMAS A S. CORDE (Tomás Telle-ria Gurruchaga)	1890	12 Apr.	1909
28. P. ALBERTUS A S. PAULO (José Anto-ñanzas Palacios)	1899	5 Maii	1915
29. P. JOACHIM A MATRE PULCHRAE DILEC-TIONIS (Joaquin Muñoz Mateo)	1909	8 Nov.	1925
30. P. EUSEBIUS A VIRG. IMMACULATA (Eu-sebio Redondo Vélez)	1911	29 Sept.	1929
31. Fr. STEPHANUS A S. GABRIELE (Esteban Lombraña Suances)	1909	28 Aug.	1928

Imprimatur: TITUS A S. PAULO A CRUCE Praep. Gen.

P. POLISSENO ORLANDI (P. EMIDIO, PASSIONISTA) *Direttore responsabile*

Finito di stampare il 30 giugno 1939 nella Tipografia Agostiniana - Roma

Acta Congregationis

a SS. Cruce et Passione D. N. J. C.

Jesu Christi Passio sit semper in cordibus nostris

EX ACTIS APOSTOLICAE SEDIS

VERBA PII PP. XII AD CLERICOS ⁽¹⁾

Die 24 Junii nuper elapsi in Palatium Apostolicum Vaticanum convenerunt, cum suis moderatoribus et magistris, alumni seminariorum, collegiorum et institutorum utriusque cleri atque ex omni gente, qui in alma Urbe ad sacerdotium efformantur, iisque Beatissimus Pater sermonem habuit maximi momenti, quem ad nostrorum Clericorum utilitatem per summa capita hic referimus. Gratulatus de tam electa manu doctorum insignium et moderatorum sollertium corona, atque praesertim de tam mirifica specie lectissimae iuventutis, maximas Omnipotenti Deo gratias egit pro hac divinae vocationis plenitudine, et his verbis prosecutus est:

« Christus Dominus, ut omnibus compertum est, Apostolis dixit: « Vos estis lux mundi ». Lux lucet, sol calefacit. Ecce igitur finis vester, ecce catholici sacerdotii assignatum propositum: solem esse supernaturalem qui hominum mentes veritate Christi illustret, eorumque animos inflammet amore Christi. Huius autem fini assignatoque proposito omnis etiam ad sacerdotium praeparatio ac conformatio respondeat oportet:

« Si lux veritatis, quae ex Christo est, vos omnes fieri vultis, ipsi primum hac veritate illustrandi estis. Propterea in sacrarum disciplinarum studia incumbitis.

« Si caritate Christi hominum animos informare cupitis,

(¹) A. A. S., vol. XXXI, pag. 245-251.

ipsi primum caritate illa incendi debetis. Cui quidem rei educatio vestra religiosa-ascetica inservit ».

In mentem revocato discrimine inter disciplinas principales et speciales, iuxta Constitutionem « Deus scientiarum Dominus », haec addidit:

« Illae — professores in ratione docendi et examinandi studiose hoc attendant — principem locum teneant et veluti centrum studiorum sint oportet: hae vero sic tradendae sunt atque exercendae, ut disciplinas principales apte comitentur atque compleant, at non nimium laboris sibi vindicent nec unquam ita, ut studium accuratum et vere summum praecipuarum doctrinarum detrimentum vel minimum patiatur ».

Iterum praecepit Summus Pontifex, ut philosophia rationalis et theologia ad *Angelici Doctoris* rationem, doctrinam, et principia pertractentur, probans ac commendans « novis disciplinarum inventis antiquam sapientiam, ubi opus sit, aequari; ea de quibus bonae notae Angelici Doctoris Interpretes disputare solent, libere agitari; nova vero subsidia ex historia deprompta in textibus Aquinatis plenius intelligendis adhiberi ».

« Verum — ulterius dixit Summus Pontifex — ut pretiosis fructibus institutio vestra cumuletur, necesse est, dilectissimi juvenes, idque impense vos hortamur, ut doctrinae haustus quos studiorum cursus emetientes excipitis, non ad scholastica tantummodo specimina superanda dirigantur, sed ut potius quandam quasi formam animis vestris imprimant, quae sic permaneat, ut numquam elabatur, et ex qua, cum usus postulabit, quidquid qua voce qua scriptis ad catholicam veritatem propagandam hominesque ad Christum convectandos conducat, exprimere possitis.

« Haec quae diximus, tum ad veritatem divinitus patefactam quod attinet valent, tum ad eius rationalia praemissa; ad principia scilicet philosophiae christianae sive illustranda sive defendenda. Relativismo illi, quem Decessor Noster im. memoriae Pius XI modernismo dogmatico exaequans et « impense reprobans » « modernismum moralem, iuridicum ac sociale » (*Litt. Encycl. Ubi arcano A. A. S.*, 14, 1922, p. 696) nuncupavit, — utpote qui supremam normam veri et falsi, boni et mali non iam immutabiles recti iustique leges agnoscat, sed singulorum hominum, civilium ordinum, reipublicae, generis mutabilem utilitatem statuere contendat — huic, dicimus, modernismo vos,

impavido pectore, ut Evangelii praecones decet, veritates perfectas atque absolutissimas obiicere debetis, quae ex Deo natae sunt, unde primaria officia et iura singulorum, domestici convictus ac Civitatum necessario permanant, et sine quibus civilis societatis dignitas et felicitas consistere nequeunt. Quod sane egregie praestabitis, si veritates huiusmodi ita mentes vestras occupaverint, ut pro iisdem, sicut pro sanctae fidei mysteriis nullum laborem refugere, nulla incommoda recusare parati sitis.

« Illud quoque curandum vobis est, ut veritatem ita proponatis quae recte intellegatur et gustetur, perspicuo semper nec unquam ambiguo sermone adhibito, vitisque superfluis et noxiis mutationibus quae veritatis substantiam facile inficiunt. Hic semper mos, haec consuetudo fuit catholicae Ecclesiae. Ad haec etiam illud S. Pauli quadrat, quod sc. « Jesus Christus... non fuit EST et NON, sed EST in eo fuit » (2 Cor. 1, 19).

« Quodsi ad veritatis divinitus datae et ad mysteriorum fidei catholicae ordinem respicimus, verum quidem est ingentes progressus in investigandis et utendis naturae viribus, multoque magis strepitum, quo cultura de rebus mere terrenis disseminatur, plurimorum mentes perturbasse, ita ut supernaturalia vix iam percipere possint; ast non minus verum est sollertes sacerdotes veritatibus fidei intime imbutos et Spiritu Dei repletos maiores hodie et mirabiliores successus, quam fortasse nunquam antea, in hominibus Christo lucrandis reportare. Ut tales et ipsi efficiamini sacerdotes, auctore et exemplo sancto Paulo, nihil antiquius vobis sit studio theologiae sive biblicae-positivae sive speculativae. Alte insideat menti vestrae a fidelibus hodie bonos animarum pastores et confessarios eruditos summo desiderio quaeri. Pio ergo fervore in studium theologiae moralis et iuris canonici incumbite! Etiam iuris canonici disciplina ad animarum salutem dirigitur et omnibus normis legibusque suis in id denique potissimumque tendit, ut homines gratia Dei sancti effecti vivant et moriantur.

« Disciplinae historicae, quatenus in scholis tractantur, non tam in quaestionibus criticis et mere apologeticis haereant, quamvis hae quoque suum momentum habeant, sed potius semper id spectent, ut actuosam Ecclesiae vitam demonstrent: quantum videlicet Ecclesia laboraverit; quanta passa sit; quibus viis et quo felici exitu sui muneris mandato satisfecerit; quomodo caritatem opere expleverit; ubinam pericula lateant, quae flore-

scenti Ecclesiae statui obstant; qua in conditione publicae rationes inter Ecclesiam et Civitates intercedentes se bene habuerint, in qua vero minus bene; quantum Ecclesia politicae potestati cedere possit, quibusnam autem in adiunctis immobilis stare debeat: maturum denique de Ecclesiae conditione iudicium et sincerum erga Ecclesiam amorem — ecce quae schola historiae ecclesiasticae in alumno praestare et fovere debet, ac praesertim in vobis, dilectissimi filii, qui hac in Urbe versamini, in qua antiqua monumenta, bibliothecae instructissimae, ac potentia studio et conquisitioni tabularia, Ecclesiae catholicae vitam per decurrentia saecula velut ob oculos ponunt.

« Ne autem constantiam et virtutem vestram labefactari sinatis, cotidie, dilecti filii, quantum fieri potest, ex inexhaustis Sacrorum librorum fontibus, Novi praesertim Testamenti, genuinos Jesu Christi et Apostolorum spiritus haurite, qui semper in mentibus, in verbis, in operibusque vestris resplendant. Indefessi estote in labore, vacationum etiam tempore, ut qui vobis praesunt, fidentes dicere possint: « Luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in caelis est » (MATTH. 5, 16).

« Divinae est vocationis vestrae ad Jesu Christi amorem et gratiam viam in hominum animis sternere. Ad quod quidem assequendum vos ipsos primum amore illo incendi necesse est. Christi autem amorem in vobis incendite per conjunctionem cum Christo in oratione et sacrificio.

« Per conjunctionem, dicimus, in oratione: siquidem si a Nobis quaeritis, quodnam verbum initio Pontificatus Nostri ad Ecclesiae catholicae sacerdotes habeamus, respondemus: Orate, magis magisque et instantius orate!

« Per conjunctionem vero in sacrificio: in Sacrificio Eucharistico. At non solum in eucharistico, sed una simul in sui ipsius quodammodo sacrificio. Nostis enim ex effectibus SS. Eucharistiae unum esse, ut adstantibus et recipientibus robur ad sese veluti sacrificandum et abnegandum conferat. Variarum christianae asceseos formae quoad secundaria multa differentes quidem sint et maneant; earum tamen nulla viam ad Dei caritatem novit citra sacrificium etiam sui ipsius. Id enim Christus a suis sectatoribus expostulat, qui dixit: « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me » (LUC. 9, 23); qui viam ad amorem Dei in

observatione mandatorum divinatorum esse expressis verbis definiit (Jo. 15, 10); qui denique — Apostolis suis potissimum — illam etiam mirabilem sententiam impertiit: « Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert » (Jo. 12, 24-25).

« Sacerdotale munus singularia a vobis, ut ita dicamus, sacrificia requirit, inter quae praecipuum illud ac sui ipsius plenum sacrificium obsequii erga Christum per caelibatum. Probate vos ipsos! Et si qui deprehenderit se impares esse ad illum servandum, eos obsecramus ut a Seminario discedentes alio se conferant, ubi aetatem honeste ac fructuose transigant, quam non sine salutis aeternae discrimine et Ecclesiae dedecore in Sanctuario essent acturi. Eos vero qui in statu sacerdotali iam vivunt aut eum ingredi parati sunt, hortamur, ut se devoveant totos et animo magno. Cavete, ne in hac liberalitate ab innumeris fidelibus superemini, qui hodie pro Dei gloria et Jesu Christi fide durissima quaeque patienter ferunt; sed omnibus in hoc certamine exemplo vestro praelucete, vestroque labore devotioneque ipsis et omnibus divinam gratiam in vita et in morte procurate.

« Porro « hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum » (1 Io. 4, 21). Hanc in proximos caritatem Jesus Christus signum ac veluti tesseram cuiusvis christiani hominis declaravit (Io. 13, 35), eademque multo magis catholici sacerdotis quasi insigne habenda est, quae ceteroquin a caritate in Deum dissociari nequit, ut aperte ostendit Paulus Apostolus, qui grandiloquo praeconio caritatem celebrans, Dei proximorumque amorem perbelle reciprocatur (1 Cor. 13). Haec proximorum caritas limitum ignara ad omnes homines, linguas, nationes, genera sese porrigit. Jamvero, carissimi filii, optatissima et singulari opportunitate utamini, quam romana commotio vobis praebet, huius caritatis exercendae erga tantam juvenum multitudinem, qui licet ex diversissimis et maxime inter se dissitis nationibus, omnes tamen eiusdem sunt temporis, eiusdem in Jesum Christum amoris, ac denique eiusdem omnino iuris in Ecclesia. Hac, dicimus, occasione utamini ad hanc fovendam caritatem, nec quidquam sive verbis sive re a vobis agatur, quod eam vel leviter laedat. Concertationes politicarum partium aliis relinquit; haec tractare vestrum non est. Vos com-

municate invicem quae apostolatum, curam animarum, conditionem Ecclesiae eiusque incrementa spectant et iuvare possunt.

« Denique si amore Christi crescere vultis, foveatis oportet oboedientiam qua filiorum, fiduciam, *amorem erga Iesu Christi Vicarium*. Christo enim in eo reverentiam et oboedientiam exhibetis, Christus in ipso vobis praesens est. Perperam secernitur ecclesia iuridica ab ecclesia caritatis. Non ita, sed illa Ecclesia iure fundata, cuius caput Pontifex est, eadem est Ecclesia Christi, Ecclesia caritatis, universaque christianorum familia. Sensus illi, qui in familia vere christiana patrem cum filiis, filios vero cum patre arctissime coniungunt, inter Nos et vos reagent.....

« Sacerdotalis apostolatus vester divina veritate illuminatus et informatus amore Christi inter saevissimas mundi a veritate et amore aversi tempestates, mediisque in difficultatibus et aerumnis — quae omnium in apostolatu laborantium veluti privilegium sunt eosque quasi naturali necessitate comitantur — nec fructu uberrimo pro animarum salute, nec beante illa consolatione, Dei favente gratia, carebit qua repletus Sanctissimus doctor gentium asseverabat: « Per Christum abundat consolatio nostra » (2 COR. 1, 5) ».

Cum autem unum « definita certitudine vitae cuiusvis sacerdotis insideat, qui veritate et amore Christi imbuitur: spes scilicet in illum, « qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum » (1 COR. 15, 57) », Summus Pontifex, in fine allocutionis, sic auditores suos hortabatur:

« Quapropter vobis, dilectissimi filii, ea graviter iteramus quae beatissimus Paulus laetus ac securus de fructu laboris apostolici profitetur: « Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino » (1 COR. 15, 58) ».

PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES
AUTHENTICE INTERPRETANDOS (1)

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

E.mi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authenticice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I — *De episcopo proprio sacrae ordinationis*

D. I. An laicus, qui a proprio Episcopo ad primam tonsuram promotus sit in servitium alius determinatae dioecesis de consensu huius Episcopi, huic dioecesi incardinatus sit ad normam canonis 111 § 2.

R. Affirmative.

D. II. An Episcopus dioecesis, in cuius servitium laicus ad primam tonsuram a proprio Episcopo promotus fuerit, illi iure proprio et exclusivo ordines conferre aut litteras dimissorias dare valeat ad normam canonis 955 § 1, licet ipse in eadem dioecesi domicilium nondum acquisiverit.

R. Affirmative.

II — *De religiosorum saecularizatione*

D. Utrum verba loci *Ordinarius*, de quibus in canone 638, designent Ordinarium loci conuocationis religiosi, an Ordinarium loci domus principis.

R. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

III — *De habitu et insignibus confraternitatum*

D. An vi canonis 714 confraternitas de licentia Ordinarii loci immutare possit proprium habitum vel insignia, quin amittat iura et privilegia praesertim praecedentiae et indulgentiarum.

R. Affirmative, salvis tamen legibus liturgicis.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 24 mensis Iulii, anno 1939.

M. Card. MASSIMI, Praeses.

L. ✠ S.

I. BRUNO, Secretarius.

(1) A. A. S., vol. XXXI, pag. 321.

DOCUMENTA PONTIFICA CONGREGATIONIS NOSTRAE

SACRA RITUUM CONGREGATIO

I.

DECRETUM

LUCEN. IN ITALIA

CANONIZATIONIS

B. GEMMAE GALGANI VIRGINIS

SUPER DUBIO.

An, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, Tuto procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.

Quod Apostolus magnificis hisce verbis de se est professus: *Christo confixus sum cruci, vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus* (GAL. II, 19, 20), beata GEMMA GALGANI, mente, moribus totaque vita tenuit.

Ipsa enim dilecti Spousi amorem atque passionem iugiter recolendo, meditando, contemplando, eo usque pervenit, ut cruci eius confixa iam non ipsa viveret, viveret vero ipse Christus in ea: qui heroicam quidem, sed ab hominum oculis absconditam, sponsae suae caritatem patiendique studium miris donis, dum vitam agebat, post eius autem mortem, miraculorum gloria eam cumulando, magnifice ac munifice rependit.

« Camigliano » in oppido prope Lucam die 12 Martii a. D. 1878 Gemma orta est ex Henrico Galgani, de S. Ioannis Leonardi genere, et Aurelia Landi, honestis coniugibus. Octavum agens annum, matre demortua, Servae Dei Helenae Guerra, Instituti Oblatarum S. Spiritus, vulgo Sororum S. Zitae, Fundatrici, instituenda credita fuit, sub cuius sapienti magisterio miras in Dei amore progressiones fecit, a quibus ad vitae terminum usque numquam restitit. Multas tribulationes, angustias, corporis infirmitates, maerore, patris excessum, suorum bonorum direptionem durissimamque egestatem forti animo Deo confisa pertulit.

Sacris Virginibus a Passione Domini adiungi peroptaverat, sed a pluribus difficultatibus, ne sanctum hoc votum expleret,

fuit praepedita. Ab omnibus derelicta, humaniter a piissima familia Giannini fuit excepta, in cuius sinu Sabbato Sancto a. 1903, divini amoris igne exaestuans, diro morbo consumpta, purissimam animam, a corporeis laqueis solutam suo caelesti Sponso reddidit, annos nata fere vigintiquinque.

Sanctitatis fama, quae intra domesticos parietes, veluti sub modio abscondita, ea vivente, cives latebat, ea vix demortua, potenter erupit. Quare vix septem intercesserunt anni, quum ordinaria auctoritate super scriptis, super sanctitatis fama atque cultu numquam exhibito confecti sunt processus. Servato iuris ordine Benedictus XV fel. rec. die 28 Aprilis a. 1920 sua manu Introductionis causae Commissionem obsignavit. Apostolicis inquisitionibus rite absolutis, die 29 Novembris a. 1931 heroicis Servam Dei virtutes exercuisse, die autem 5 Februarii a. 1933 miracula a Deo, eius interventione, fuisse patrata decretum est: sollemnia demum Beatificationis die 14 Maii mensis anni eiusdem in Vaticana Basilica celebrata fuere. Eodem hoc die mira sanatio contigit, unde paullo post Canonizationis causa est resumpta. Alia mira sanatio duos post annos evenit, quae, sicut et prior, uti prodigium die 26 Martii anni 1939, Sanctissimo D. N. approbante habita est.

Ut autem iuridice constaret Sacram Rituum Congregationem munus sibi a iure commissum rite complevisse, dubium erat disceptandum: *An, stante approbatione duorum miraculorum post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, tuto procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.* Quapropter die 2 Maii anni huius in generalibus S. C. comitiis coram Ss.mo D. N. Pio Papa XII R. mus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Relator, dubium hoc proposuit, cui omnes tum R. mi Cardinales, tum Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi affirmativo suffragio responderunt. Beatissimus vero Pater actorum sacrae Congregationis approbationis sententiam edere distulit ea fine ut Suis praesentiumque precibus Deum exoraret ut Eius beneplacitum Sibi innotesceret.

Diem autem hanc elegit, Dominicam octavam post Pentecostem, 23 Iulii mensis, ut decretum hoc ederetur. Quare accitis R. mis Cardinalibus Carolo Salotti, S. R. C. Praefecto et Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Causae Ponente seu Relatore una cum R. P. Salvatore Natucci Fidei Promotore gene-

rali meque infrascripto Secretario, Sacroque religiose litato, edixit: Tuto procedi posse ad sollemnem B. Gemmae Galgani, Virginis, Canonizationem.

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

L. ✠ S. CAROLUS Card. SALOTTI, S. R. C. Praefectus.

ALFONSUS CARINCI, S. R. C., Secretarius.

II.

DECRETUM, QUO ADPROBANTUR OMNES PROCESSUS TUM APOSTOLICI TUM ORDINARIUM SUPER VIRTUTIBUS SERVI DEI LAURENTII A S. FRANCISCO XAVERIO, SACERDOTIS PROFESSI C. N.
N. R. 38-22/939.

ROMANA SEU SUTRINA
BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI
LAURENTII A SANCTO FRANCISCO XAVERIO
SACERDOTIS PROFESSI
E CONGREG. CLERIC. EXCALCEAT. SS. CRUCIS
ET PASSIONIS D. N. I. C.

Iustante R.mo P. Aegidio a Sacris Cordibus, Congregationis Clericorum Excalceatorum SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. Postulatore Generali, E.mus ac Rev.mus Dominus Raphaël Carolus Cardinalis Rossi, Causae Servi Dei Laurentii a S. Francisco Xaverio, Sacerdotis professi praefatae Congregationis, Ponens seu Relator, in Ordinariis Particularibus S. Rituum Congregationis Comitibus subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: « An constet de validitate Processuum tam apostolica quam ordinaria auctoritate constructorum; testes sint rite recteque examinati et iura producta legitime compulsata in casu et ad affectum de quo agitur ». Et E.mi ac R.mi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius E.mi Ponentis, auditis R.mis Praelatis officialibus, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, S. Fidei Promotore Generali, rescriben-

dum censuere: Affirmative, seu constare de validitate Processuum in casu.

Die 18 Iulii 1939.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XII per infrascriptum Sacrorum Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relatis, Sanctitas Sua Patrum Cardinalium responsum ratum habere et confirmare benigne dignata est die 19 eiusdem mense et anno.

L. ✠ S.

CAROLUS CARD. SOLOTTI,
S. R. C. Praefectus.

HENRICUS DANTE, Substit.

Dominica octava post Pentecosten, die 23 Iulii mensis elapsi, SS. mus D. N. PIUS XII coram Se legi iussit decretum, quo declaratur Tuto procedi posse ad sollemnem B. GEMMAE GALGANI Virginis canonizationem: hoc decretum supra retulimus; litteras autem gratulatorias hic subiicimus, quas Postulator noster Sanctitati Suae iam antea exhibuerat.

BEATISSIMO PADRE,

Il decreto che oggi si è letto alla Vostra Augusta presenza pone felicemente termine alla causa di canonizzazione della B. Gemma Galgani. Ora non manca che di udire la Vostra parola di Maestro infallibile, la quale additi ai fedeli la nostra Gemma fra gli splendori dei Santi e la proponga alla venerazione e all'imitazione del mondo intero. Già il nostro cuore esulta nell'attesa di quel giorno faustissimo, mentre con le nostre preghiere noi vorremmo affrettarlo.

La vita della B. Gemma si svolse tutta durante il Pontificato del Vostro immortale Predecessore Leone XIII, giacchè nata il 12 marzo 1878, appena pochi giorni dopo l'esaltazione di quel grande Pontefice, Ella se ne volava al cielo l'11 aprile 1903, soltanto pochi mesi prima che Leone XIII raggiungesse la meritata corona. Sicchè è facile immaginare quanto la nostra Beata, così cara al Signore, abbia conferito con le sue preghiere, con la sua santa vita, ad attirare su quel

glorioso Pontificato le benedizioni celesti. Il nome stesso di Pia, che aveva pure ricevuto nel Battesimo, in memoria dell'angelico Pio IX, doveva stimolarla a pregare per il Papa e per la Chiesa.

Ed ora dal cielo, a piè del trono del Redentore Divino, che formò l'unico palpito della sua vita, veglierà, ne siamo sicuri, in modo tutto particolare sulla Santità Vostra, che si appresta ad iscriverla nell'albo dei Santi, per far discendere sulla Vostra augusta Persona e sul Vostro Pontificato una pioggia di grazie.

BEATISSIMO PADRE,

Nel vedere oggi associata la nostra Gemma alla B. Maria Pelletier, ci tornano spontanee alla mente le parole magnifiche, con cui, in una simile circostanza, il Vostro immediato Predecessore Pio XI esaltava insieme le virtù dell'una e dell'altra. Egli, dopo aver messo a confronto la figura grandiosa della B. Pelletier e la piccola e povera Gemma, che si compiaceva di riguardare come una cesellatura e una miniatura della grazia di Dio, diceva: « L'una e l'altra ci ripetono il segreto della santità, il segreto di tutti i Santi, di tutte le anime buone che conoscono la vita interiore di Dio: questo segreto è il Crocifisso, la Passione redentrice del Salvatore. La Venerabile Pelletier e la Venerabile Galgani furono due appassionate amiche di Gesù Cristo e della sua Croce; due insaziabili partecipanti ai dolori, alla Passione di Gesù Redentore, sempre vivendo ed operando per raccogliere appunto più largo frutto della Redenzione che costò il Sangue di un Dio, e perchè sempre più largamente benefico e per un più largo numero di anime questo stesso frutto fosse applicato ».

Con questi voti nell'animo, Beatissimo Padre, si prostrano con me ai piedi del Vostro Trono, pieni della più viva riconoscenza, tutti i devoti della B. Gemma Galgani. E Voi degnatevi di far discendere su tutti l'Apostolica Benedizione, particolarmente sul Clero e sui fedeli dell'Archidiocesi di Lucca, sui Figli e Figlie di S. Paolo della Croce, sulla Famiglia Giannini, su quanti hanno concorso e concorrono alla piena glorificazione della nostra Beata.

P. EGIDIO G. DEI SACRI CUORI

Passionista

Postulatore della Causa.

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA
(Sectio de Indulgentiis)

FACULTATES S. PAENITENTIARIAE AD TRIENNIUM PRAEPOSITO GENERALI PROROGANTUR CUM POTESTATE EASDEM COMMUNICANDI ALIIS CONGREGATIONIS NOSTRAE SODALIBUS.

N. 1446/39.

LAURENTIUS

TITULI S. PANCRATHI

S. R. E. PRÆBYTER CARDINALIS LAURI

SS. D. NOSTRI PAPAE ET S. SEDIS APOSTOLICAE

MAIOR PAENITENTIARIUS

Sacra Paenitentiaría, Tibi dilecto in Christo Superiori Generali Congregationis a Passione Iesu facultates sequentes concedit ad *triennium* a data praesentium computandum, cum potestate eas communicandi, etiam habitualiter, non tamen ultra praefinitum terminum, tantum cum Rectoribus singularum domorum Tuae Congregationis nec non ob peculiare causas, cum aliquot eiusdem Congregationis religiosi, scientia ac prudentia conspicuis; dummodo tum Ipse, tum omnes praedicti, fueritis ab Ordinario loci ad excipiendas fidelium confessiones legitime adprobati; eaque lege, ut iisdem facultatibus, in actu sacramentalis confessionis et pro foro conscientiae dumtaxat uti valeatis.

(Sequitur elenchus facultatum, qui iam alias in hoc Commentario publicatus est. Cfr. *Acta Congregationis*, Vol. XI, n. 3, pag. 104) (¹).

Datum Romae, ex S. Paenitentiaría, die 1^a Augusti 1939.

De mandato E.mi

IO. M. RESTREPO R., S. I. Theol.

L. ✠ S.

E. CORTE, Officialis.

(¹) Harum facultatum exemplaria apud Secretariam nostram Generalem pententibus prostant.

I. C. P.

Vigore potestatis Nobis supra relato Rescripto concessae, easdem S. Paenitentiariae facultates libenter communicamus ad triennium, a die 2^a mensis Augusti currentis anni computandum;

1) Consultoribus Generalibus, Procuratori et Secretario Generali;

2) Praepositis Provincialibus, eorumque Consultoribus, singularum domorum Rectoribus et Missionariis;

3) Iis tandem ex Sacerdotibus nostris, qui iam antea iisdem facultatibus donati fuerant.

Datum Romae, ex Recessu SS. Joannis et Pauli, die 2 Aug. 1939.

TITUS A S. PAULO A CRUCE
Praep. Generalis

ACTA CURIAE GENERALIS

NUNCIUM

Summus Pontifex Pius XII die 23 elapsi mensis Iulii, publicato decreto super TUTO Canonizationis B. GEMMAE GALGANI, dignatus est voluntatem suam patefacere canonizandi dictam Beatam Virginem VERO TEMPORE proximi anni 1940. Ista dilatio nonnullorum mensium valde proderit quoad exitum feliciorum solemnitate, quia eadem occasione aliae canonizationes in promptu erunt, nec non variae beatificationes. Rogemus Dominum ut pax et tranquillitas gentium solemnitate adeo desideratam peragi permittant.

POSTULATIO GENERALIS

OBLATIONES PRO CAUSIS BEATIF. ET CANONIZ. PROMOVEDIS.

Exc.mi ac R.mi D.ni Episcopi C. N.: IOANNES BAPTISTA PERUZZO, episcopus Agrigentinus, L. 5000; EDUARDUS MARTINEZ Y DALMAU, episcopus Centumfocensis in Cuba, L. 500; EUGENIUS RAPHAËL FAGGIANO, episcopus Cariatensis, L. 500.

E RECESSU SS. IOANNIS ET PAULI: R.mus P. Praepositus Generalis: oblatio personae, quae nomen suum noluit revelare, sterline 50; ipse Recessus: L. 220; in Basilica stips collecta, 620; in paroecia S. Saturnini, 44. — E PROVINCIA PRAESENTATIONIS: E Recessu Praesentationis, L. 100. — E PROVINCIA B. M. V. DOLOROSAE: E Recessu Pontecorvo, L. 200; Calvi Risorta, P. Philippus *Vicepraepositus*, 150; « Piccolo Araldo », 60. — E PROVINCIA B. M. V. PIETATIS: E Recessu S. Angelo in Pontano, L. 455; S. Giustina, 20. — E PROVINCIA S. IOSEPH: E Recessu Broadway, L. 151. — E PROVINCIA S. PAULI A CRUCE: E Recessu Brighton, dollars 1.000; Iamaica, 1.000; Pittsburg, 1.000; Baltimore, 500; Scranton, 500; Dunkirk, 150; Springfield, 100. — E PROVINCIA S. MICHAËLIS ARCHANGELI: « Revue de la Passion », francs 2.520; P. Amedeus *Praepositus Provincialis*, L. 35. — E PROVINCIA S. CORDIS IESU: E Recessu Ascain, L. 15. — E PROVINCIA PURISSIMI CORDIS MARIAE: « Il divin Crocifisso », L. 867; e Recessu Brugnato, 55; Carpesino, 30. — E PROVINCIA IMMACULATAE CONCEPTIONIS: P. Michaël *Praepositus Provincialis*, L. 2.354,75; P. Ignatius *Consultor*, 454,05; E Recessu Buenos Ayres, 4.235,80; Associatio « Gemas de la Passion », 300; Sarmiento, 227; Jesús María, 227; R. P. Michaël Dinneen (sacerdos saecularis), 227; alia oblatio, 726,50. — E PROVINCIA S. FAMILIAE: Curia Provincialis, L. 1.600; E Recessu Habana, 218,60; Guadalajara (Messico), 70,25. — E PROVINCIA S. GABRIELIS: E Recessu Ere, francs 200; Diepenbeek, 80; Wavre, 1.050; Courtrai, 200. — E PROVINCIA PRETIOSISSIMI SANGUINIS: E Recessu Peñafiel, L. 100; Los Andes, 771,10; Viña del mar, 961,50; Nuñoa, 1.239,40. — E PROVINCIA MATRIS S. SPEI: P. Clemens *Praepositus Provincialis* (pro B. Gemma), L. 3.867, (pro P. Carolo), 170. — E PROVINCIA CALVARII: E Recessu Curitiba, L. 490; D. M. Masciotto, 100; Confraternitas a Passione, 100; Filiae

Mariae, 50; S. Carlos, L. 1.000; Nova Pompeia, 80. — E COMMISSARIATU POLONIAE, L. 100.

Die 1^o Septembris 1939.

AEGIDIUS JOSEPH C. P., *Postulator.*

CHRONICA CONGREGATIONIS NOSTRAE

PROFESSIONES, ORDINATIONES SACRAE, ELECTIONES

Ex Prov. Praesentationis. — *Professiones Perpetuae.* - Vota perpetua emiserunt: die 3 Ianuarii 1939, Confr. *Gregorius M. a Iesu Crucifixo*; die 24 Maii 1939, Fr. *Antonius a S. Corde Iesu.*

Ex Prov. B. M. V. Dolorosae. — *Professio Perpetua.* - Die 28 Februarii 1939, vota perpetua emisit Confr. *Placidus ab Immaculata.*

Ordinationes Sacrae. — Die 3 Iunii 1939, sacrum Presb. ordinem receperunt per manus Rev.mi Luciani Migliorini, Ep. auxil. Praenestis, in ecclesia S. Andreae civitatis Paleani, PP. *Vitus a S. Aloysio, Clemens a Passione, Ioachim a S. Familia, Martinus a Pretiosissimo Sanguine, Salvator a SS. Spinis, Archangelus a SS. Cordibus, Marcus ab Immaculata, Ferdinandus a S. Familia, Remigius a S. Dominico.*

Electiones extracapitulares. — Vacante Provincialis officio, ob mortem Adm. R. P. *Nazareni a Virgine Perdolente*, ad normam Constitutionum (n. 262) regimini Provinciae successit primus Consultor et ad vacans officium secundi Consultoris, die 26 Augusti 1939, Rev.mus P. Praep. Generalis una cum Viceprovinciali et primo Consult. elegerunt Adm. R. P. AMIDAEUM A SS. ROSARIO. — Vacante officio Magistri novitiorum in Recessu S. Mariae de Corniano (Ceccano), ob electionem Adm. R. P. *Amidaei a SS. Rosario* in secundum Cons. Provinciale, die 19 Sept. 1938 Curia Prov. elegit R. P. BERNARDUM AB IMMACULATA, quam electionem R.mus P. Praepositus Generalis ratam habuit et confirmavit.

Ex Prov. B. M. V. a Pietate. — *Professiones Perpetuae.* - Vota perpetua emiserunt: In Recessu S. Ioseph (Pontefeleino), die 17 Aprilis 1939: Confr. *Theotimus a SS. Cordibus*; die 27 Iunii 1939: Confr. *Damasus a Iesu et Maria*; die 10 Iunii 1939: Frater *Marianus a Iesu*. In recessu Immaculatae Conceptionis (Insula), die 19 Novembris 1938: Confr. *Remigius a S. Numismate*; die 9 Iunii 1939: Fr. *Franciscus a S. Corde Iesu*. In Recessu Immaculatae Conceptionis (S. Angelo in Pontano), die 9 Iunii 1939: Frater *Stanislaus a Spiritu Sancto*.

Ordinationes Sacrae. — Die 29 Iunii 1939, sacrum Presb. ordinem receperunt per manus Rev.mi Aloysii Cossio Episc. Recinetensis, in ecclesia S. Mariae a Pietate (Recanati): PP. *Ildefonsus a Quinque Vulneribus Christi*, *Faustinus ab Immaculata*; die 13 Augusti 1939, per manus Rev.mi Stanislai Battistelli Episc. Soanensis et Pitilianensis, in Ecclesia B. V. Immaculatae (S. Angelo in Pontano): P. *Innocentius a Matre Sanctae Spei*.

Ex Prov. S. Ioseph. — *Professio Perpetua.* - Die 9 Aprilis 1939 in Recessu S. Annae (Sutton), vota perpetua emisit: Confr. *Sebastianus a Iesu Crucifixo*.

Ex Prov. S. Pauli a Cruce. — *Ordinationes sacrae.* - Die 28 Aprilis 1939, sacrum Presb. ordinem susceperunt per manus Rev.mi Ioannis R. Duffy Episc. Buffalensis, in ecclesia S. Mariae (Dunkirk, N. Y.): PP. *Cyprianus a Corde Mariae*, *Kenanus Maria a Passione*, *Raymundus Maria a S. Corde Iesu*, *Cornelius a N. Domina Eucharistiae*, *Ioannes Baptista a N. Domina Perpetui Succursus*, *Dionysius ab Immaculato Corde Mariae*, *Bonaventura a Matre Dolorosa*, *Dominius Maria a Iesu Crucifixo*.

Electiones extra-capitulares. — Mortuo P. *Flaviano ab Imm. Conceptione*, Superiore Missionis Sinensis, Curia Prov., die 26 Iunii 1939, nominavit Superiorem P. *RAPHAËLEM A N. D. DE PERPETUO SUCCURSU*. — Vacante Rectoris officio in Recessu S. Pauli a Cruce (Pittsburgh), ob abdicationem (ratione infirmitatis) R. P. *Anselmi*, Curia Prov. ad vacans officium elegit R. P. *HERBERTUM*, quam electionem Rev.mus Praep. Generalis ratam habuit et confirmavit die 28 iunii.

Professiones Perpetuae. — Vota perpetua emiserunt: In Recessu S. Michaëlis Archangeli (Union City); die 15 Augusti 1929: Frater

Vincentius Maria a S. Corde Iesu; die 10 Novembris 1938: *Frater Iacobus a D. N. de Perpetuo Succursu*; in Recessu S. Gabrielis (Brighton), die 26 Novembris 1929: *Frater Laurentius a Corde Imm. Mariae*; in Recessu S. Michaëlis Archangeli (Union City), die 15 Augusti 1930: *Frater Antonius a Iesu Infante*; in Recessu S. Pauli a Cruce (Pittsburgh), die 28 Februarii 1931: *Frater Patritius a Virgine Perdolente*; die 25 Martii 1936: *Frater Michaël a Matre Purissima*; die 22 Maii 1937: *Frater Romanus a Matre Dolorosa*; in Recessu Matris Dolorosae (West Springfield), die 8 Aprilis 1933: *Frater Camillus Maria a Vulneribus Christi*; die 2 Februarii 1936: *Frater Simon Maria a N. D. Refugio Peccat.*; in Recessu S. Mariae (Dunkirk), die 29 Ianuarii 1935: *Frater Sebastianus a N. D. de Lourdes*; die 29 Aprilis 1938: *Frater Bartholomaeus a S. Paulo a Cruce*.

Ex Prov. S. Michaëlis Archang. — *Ordinatio sacra.* - Die 3 Iunii 1939, sacrum Presb. ordinem suscepit per manus Rev.mi Aloysii Mazzini, Episc. titularis Philadelphiae, in ecclesia Cathedrali Aquensi (Italia): *P. Camillus a Vultu Sancto*.

Ex Prov. Purissimi Cordis B. Mariae Virg. — *Professiones Perpetuae.* - Die 2 Ianuarii 1939 in Recessu S. Mariae delle Rocche (Molare) vota perpetua emiserunt: Confr. *Virginus ab Immaculata*; die 15 Maii 1939: Confr. *Pancratius a Virgine Perdolente*; die 6 Maii 1939: Confr. *Archangelus a S. Paulo a Cruce*; die 20 Iunii 1939: Confr. *Aemilius a Pretiosissimo Sanguine*. In Recessu B. Gemmae (Carpesino) die 26 Iulii 1939: *Frater Gaudentius a S. Latere*. In Recessu S. Pauli a Cruce (Pegli) vota perpetua emiserunt die 27 Augusti 1939: *Frater Angelus a Corde Iesu*; die 9 Septembris 1939: Confr. *Matthaeus a Iesu Crucifixo*.

Ordinationes sacrae. — Die 24 Iunii 1939, sacrum Presb. ordinem susceperunt per manus Rev.mi Hadriani Bernareggi, Episc. Bergomensis, in ecclesia Cathedrali S. Alexandri (Bergamo), PP. *Ubaldu a Regina SS. Rosarii, Nazarius a S. Gabriele a Virgine Perdolente, Ambrosius a Domina S. Cassiani*.

Ex Prov. a Latere Christi. — *Professio Perpetua.* - Die 20 Iulii 1939, in Recessu S. Pauli a Cruce (Ceglie Messapico) vota perpetua emisit: *Frater Antonius ab Angelo Custode*.

Ex Prov. S. Familiae. — *Professio Perpetua.* - Die 7 Ianuarii 1939, in Recessu S. Familiae (Zaragoza) vota perpetua emisit: Frater *Felix a Virgine Maria.*

Ex Prov. Sanctae Crucis. — *Ordinationes sacrae.* - Die 3 Iunii 1939, sacrum Presb. ordinem susceperunt per manus Rev.mi Ioannis Floersh, Archiep. Ludovicopolitan., in ecclesia Assumptionis (Ludovicopoli): PP. *Thaddaeus a Matre Dolorosa, Rodolphus a S. Theresia a Iesu Infante, Carolus a Spiritu Sancto, Conletus a Maria, Finan a Matre Dolorosa, Lannon a Iesu Infante, Benedictus a Matre Dei, Nilus a S. Corde, Regis a SS. Cordibus, Mel a Matre Dei, Cosmas a Matre Dei.*

Electio extracapitularis. — Dimisso, ob infirmam valetudinem, officio Rectoris a R. P. *Paulino*, in Recessu S. Pauli a Cruce (Detroit), Curia Provincialis ad vacans officium, die 2 Augusti 1939, elegit R. P. BERNARDUM A VIRGINE PERDOLENTE, quam electionem R. mus Praep. Generalis die 3 Augusti ratam habuit et confirmavit.

Ex Prov. Spiritus Sancti. — *Ordinationes sacrae.* - Die 28 Aprilis 1939, sacrum Presb. ordinem susceperunt per manus Rev.mi Ioannis R. Duffy, Episc. Buffalensis, in ecclesia S. Mariae (Dunkirk, N. J.): P. *Callistus a Matre Dolorosa.* Die 24 Septembris 1939, per manus Rev.mi Andreae Killian, Archiepisc. Adelaidensis, in ecclesia Cathedrali S. Francisci Xaverii: PP. *Ioannes a Maria Immaculata, Philippus a Virgine Maria Carmeli, Edmundus a S. Corde Iesu, Iosephus Maria a Iesu Crucifixo.*

Capitulum Provinciale. — Habitum est a die 19 ad diem 24 Iunii, in Recessu S. Birgittae (Marrickville), eique Praefuit Adm. Rev. P. Bonaventura ab Assumptione, II Cons. Generalis. — Electi antem fuerunt.

In Praepositum Prov. Adm. Rev. P. RAYMUNDUS A SS. ANGELIS.

In primum Cons. Adm. Rev. P. *Alphonsus a S. Familia.*

In secundum Cons. Adm. Rev. P. *Casimirus a S. Corde.*

In Rectorem Recess. S. Brigittae (Marrickville), R. P. *Walter.*

In Rectorem Recess. Praesentationis (Goulburn), R. P. *Wilfridus ab Im. Conceptione.*

In Rectorem Recess. S. Pauli a Cruce (Adelaide), R. P. *Beda a S. Familia.*

In Magistrum novitiorum R. P. *Placidus a Matre Dolorosa.*

Ex Prov. Pretiosissimi Sanguinis. — *Professio Perpetua.* - Die 24 Septembris 1938, in Recessu SS. Ioannis et Pauli (Peñafiel), vota perpetua emisit: Confr. *Tharsicius a SS. Sacramento.*

Ex Prov. Matris S. Spei. — *Electiones extracapitulares.* - Vacante officio Rectoris in Recessu M. S. Spei (Echt), ob mortem R. P. *Epiphanius a S. Corde Iesu*, Curia Provincialis die 12 Iunii 1939 ad vacans officium vocavit R. P. ALBERTUM A S. CORDE MARIAE, quo in officio Rev.mus P. Praepositus Generalis eum die 18 Iunii confirmavit. Cum vero P. Albertus ante electionem ad Rectorem fungeretur officio Magistri novitiorum, Curia Prov. eodem die 1 Iulii postulavit R. P. *Vincentium a Virgine Dolorosa*, natum die 1 Iulii 1938. Suo Rescripto S. Congr. postulationem admisit.

Mense Iunii Curia Prov. Superiorem Missionis in Bulgaria constituit Adm. R. P. EVARISTUM A MATRE DOLORUM cum duobus Consiliariis: RR. PP. *Eugenium a SS. Cordibus* et *Stephanum a Matre S. Spei.*

Ex Prov. S. Patritii. — *Ordinationes sacrae.* - Die 3 Iunii 1939, sacrum Presb. ordinem susceperunt per manus Rev.mi Francisci J. Wall, in ecclesia S. Mariae: PP. *Petrus a SS. Cordibus Iesu et Mariae*, *Arthurus a S. Gabriele*, *Brendanus a Matre Dei*, *Andreas a S. Corde Iesu*, *Gabriel a Matre de Perpetuo Succursu*, *Dionysius a SS. Sacramento.*

Ex Commissar. Austro-Germanico. — *Professio Perpetua.* - Die 20 Aprilis 1939 in Recessu SS. Ioannis et Pauli de Urbe, vota perpetua emisit: Confr. *Gulielmus Maria a Iesu Infante.*

Ex Commissar. Poloniae. — *Professiones Perpetuae.* - Die 25 Martii 1939 in Recessu SS. Ioannis et Pauli de Urbe, vota perpetua emisit: Confr. *Henricus a Cruce*; die 14 Sept. 1939 vota perpetua emisit Fr. *Alfonsus a B. M. V. Refugio Peccatorum.*

DOCUMENTA DE NOVA REGULARUM EDITIONE

In ephemeride quae inscribitur « Acta Congregationis » vol. XI, pag. 75 summatim relatae inveniuntur notitiae de nova Regularum editione, deque additionibus et mutationibus ad normam iuris canonici, seu etiam praeter codicem inductis, tum ex decreto Capituli Generalis XXXII, tum ex voto omnium Superiorum Maiorum Sodalitatis nostrae, S. Congregatione de Religiosis approbante et confirmante.

Plurimorum autem Sodalium desideriis, *in ultimis Generalibus Comitibus expressis*, satisfacere cupientes, hic actorum seriem et documentorum data opera latiusque referimus, quae ad dictas mutationes et additiones ordinem dicunt.

I.

MUTATIONES ET ADDITIONES EX DECRETO CAPITULI GENERALIS XXXII.

A) MUTATIONES ET ADDITIONES IUXTA CODICEM.

Canon 489 Codicis Juris Canonici apertis verbis edixerat « Regulas et Constitutiones singularum religionum canonibus codicis non contrarias vim suam servare, iisdem vero oppositas abrogatas esse ». Hinc ne littera Regularum et Constitutionum, quam iugiter habent prae oculis omnes religiosi, in quotidiana observantia, a legibus ecclesiasticis discreparet, et inde facilem occasionem praeberet agendi contra ipsas leges, S. Congregatio de Religiosis, iam inde ab anno 1918, suo decreto sub die 26 junii, *mandavit* « ut omnes Religiones iuris pontificii suas Regulas et Constitutiones ad praescripta Codicis Juris Canonici conformatas emendarent, ac textum emendatum eidem pro revisione subiicerent » (1).

Idem mandatum, adiunctis normis practicis pro removendis difficultatibus et expeditiori executione revisionis procuranda, ab eadem S. Congregatione renovatum fuit, alio decreto sub die 26 aprilis 1921;

(1) A. A. S., vol. X, pag. 290.

quo, inter alia, declaratum fuit « curam textum Codici conformatum emendandi ad ipsum Ordinem seu Religionem pertinere » (1).

Ne huius iterati praecepti adimpletio diutius differretur, Rev. mus P. Silvius a S. Bernardo, Rescripto diei 23 decembris 1924 a S. Congregatione facultatem obtinuit celebrationem Capituli Generalis totius integri anni festinatione praeveniendi (2); ac munus interim Procuratori Generali commisit novum textum Regulae Codici conformem praeparandi, examini postea et iudicio ipsius Generalis Capituli subiiendum.

Novum igitur hunc textum a speciali Commissione ab ipso Capitulo electa diligenti cura examinatum, Patres Vocales in sessionibus diei 15 maii approbarunt (3); eundemque Procurator Generalis, opportuno tempore S. Sedi pro necessaria approbatione et confirmatione praesentavit, exhibitis *precibus et textu* prout ex sequentibus documentis:

BEATISSIME PATER,

Procurator Generalis Congregationis a Passione Jesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, ex mandato Rev. mi Praepositi Generalis suae Congregationis, textum Constitutionum ad praescripta novi Codicis emendatum, humiliter exhibet pro necessaria revisione et approbatione. Mutationes omnes et additiones ad normam Codicis praesenti textui insertae, ab ultimo Capitulo Generali Congregationis nostrae (XXXII) mature perpensae et approbatae fuerunt.

Et Deus etc....

Romae, die 5 januarii 1928.

TITUS A S. PAULO A CRUCE
Procurator Generalis C. P.

CONSTITUTIONUM EMENDATIO AD NORMAM SACRORUM CANONUM, IUXTA DECRETA S. C. DE RELIGIOSIS 26 JUNII 1918 ET 26 OCTOBRI 1921.

Cap. II, pag. 7. — In fine capitis addatur: « Ad normam Sacrorum Canonum novus Recessus erigi nequit sine beneplacito apostolico et consensu Ordinarii loci in

(1) *Act. Ap. Sed.*, vol. XIII, pag. 538.

(2) *Bollettino*, vol. VI, pag. 33.

(3) *Act. Capit. Gen.*: *Bollettino*, vol. VI, pag. 164 et seq.

scriptis dato. Beneplacitum apostolicum requiritur etiam ad supprimendum recessum iam erectum » (Can. 497, 1; 498).

Cap. VI, pag. 11, lin. 1. — Post verbum « Baptismate », addatur: « et Confirmatione » (Can. 544, 1).

Cap. VI, pag. 11, lin. 6. — Post verba: « in iudicio postulatos », inseratur: « Adspirantes debent insuper testimoniales litteras exhibere Ordinarii originis, ac cuiusque loci in quo, post expletum decimum quartum aetatis annum, vel si clerici, post ordinationem, morati sint ultra annum moraliter continuum. Si agatur de admittendis illis qui in seminario, collegio vel alius religionis postulatu fuerunt, requiruntur praeterea litterae testimoniales iuratae, datae pro diversis casibus, a rectore seminarii vel collegii, audito Ordinario loci, aut a maiore Superiore religionis. Pro admittendis autem clericis, exigitur etiam testimonium ordinationis » (can. 544, 545); sine quibus etc.

Cap. VI, pag. 11, lin. 11. — Post verbum « exigere » addatur: « ut omnino constet de validitate et liceitate admissionis ad normam sacrorum canonum » (can. 542).

Cap. VI, pag. 12, lin. 12. — Post verbum « admittentur » addatur: « dummodo decimum quintum aetatis annum compleverint » (can. 555).

Cap. VI, pag. 12, lin. 12. — In fine periodi inseratur: « Conversi antequam ad novitiatum admittantur, postulatum ad sex integros menses peragant; quod tempus a Superiore maiore prorogari potest, non tamen ultra aliud semestre. Postulatus peragi debet vel in domo novitiatu vel in alia domo in qua disciplina secundum Constitutiones accurate servatur, sub speciali cura probati religiosi » (can. 539, 540). Interea...

Cap. VI, pag. 13, lin. 9. — Post verbum « approbatus » addatur: « et a Superiore maiore receptus » (can. 543), per dies decem...

Cap. VI, pag. 13, lin. 11. — Post « operam dabit » suppleantur verba: « et iuxta prudens confessarii iudicium praemittat generalem anteactae vitae confessionem » (can. 541), quibus...

Cap. VIII, pag. 19, lin. 6. — Post verba « nihil illum » addatur: « vel confessarium celent »...

Cap. VIII, pag. 19, lin. ult. — Post verbum « assequentur » addatur: « Magister eiusque socius confessionem sacramentalem novitiorum ne audiant, nisi ipsi novitii, ex gravi et urgenti causa, in casibus particularibus, sponte id petant. Pro novitiorum numero unus vel plures habeantur ordinarii confessarii. Designentur quoque alii confessarii quos novitii, in casibus particularibus, adire libere possint, nec magister aegre id ferre demonstret. Quater saltem in anno, detur novitiis confessarius extraordinarius, ad quem omnes accedant, saltem benedictionem recepturi » (can. 891, 566). In unaquaque...

Cap. VIII, pag. 20. — In fine capituli addatur: « Praehabita licentia S. Sedis ad normam sacrorum canonum. Novitiatu ab ea parte domus in qua degunt professi, sit, quantum fieri possit, segregatus, ita ut sine speciali causa, et superioris vel magistri licentia, novitii nullam habeant communicationem cum professis, neque hi cum novitiis » (can. 544, 564).

Cap. IX, pag. 20, lin. 9. — In fine periodi apponatur: « Exacto novitiatu, si indicetur idoneus novitius ad professionem admittatur; si dubium supersit sitne idoneus, potest a Superioribus maioribus probationis tempus prorogari, non ta-

men ultra sex menses. Votis nuncupandis spiritualia exercitia novitius praemittat per octo saltem solidos dies. Professio quae post novitiatum emittitur, nisi agatur de religioso cum votis perpetuis ex alia religione transeunte, debet esse temporaria ad triennium valitura, vel ad longius tempus, si aetas ad professionem perpetuam requisita longius distet. Quilibet professionem religiosam emissurus oportet ut decimum sextum aetatis annum expleverit, si de temporaria professione agatur, vicesimum primum si de perpetua. Tempus professionis temporariae potest Superior maior prorogare, renovata a religioso temporaria professione, non tamen ultra aliud triennium. Exacto temporariae professionis tempore, religiosus vel emittat perpetuam professionem, vel ad saeculum redeat; sed etiam durante tempore professionis temporariae, potest, si dignus non habeatur qui vota perpetua nuncupet, dimitti a legitimo superiore ad normam Sacrorum canonum » (can. 571, 573, 574, 575). Si quis ex fratribus etc...

Cap. IX, pag. 20, lin. 10. — Dicatur: « fratribus perpetuo professis... ».

Cap. IX, pag. 20, lin. 16. — Post verba « Supremi Apostolatus » addatur: « servatis servandis ad normam iuris... » (can. 654).

Cap. IX, pag. 20, lin. paenult. — Post « rite » inseratur: « perpetuoque »... (can. 637).

Cap. X, pag. 21, lin. ult. — In fine capituli inseratur: « Ad validitatem cuiusvis professionis religiosae requiritur aetas canonica, legitima admissio, novitiatu validus, emissio expressa, sine vi aut metu gravi aut dolo, et ut a legitimo Superiore, secundum Constitutiones sit recepta » (can. 572).

Cap. XI, pag. 22, lin. 8. — Post verbum « carent » inseratur: « Suffragium Capituli pro prima professione temporaria est deliberativum, pro subsequente professione perpetua est consultivum tantum » (can. 575, 2).

Cap. XI, pag. 22, lin. 10. — Ante « religiosa vota » apponatur: « et a Superiore maiore admissus » (can. 543).

Cap. XI, pag. 22, lin. 14. — Post verba « spinea corona capiti » inseratur: « et in prima professione venerabile signum »...

Cap. XI, pag. 23, lin. 18. — Post verba « Jesu Christi » addatur: « ad triennium; vel: usque ad completum vicesimum primum annum; vel: in perpetuum. Amen. Documentum emissae professionis, ab ipso professo, vel saltem ab eo coram quo professio emissa est, subscriptum, servetur in tabulario novitiatu. Simplex professio, temporaria sit vel perpetua, actus votis contrarios reddit illicito, sed non invalido » (can. 574, 576, 579).

Cap. XII, pag. 24, lin. 17. — Post verbum « pertinent » addatur: « vel ad S. Sedem eiusque in natione Legatum, aut ad Superiorem domus forte absentem » (can. 611)...

Cap. XIII, pag. 26, lin. 19. — Post « possident » inseratur: « administrationem, usum » (can. 569) et...

Cap. XIII, pag. 26, lin. 26. — Post verbum « suggererit » ponatur: « ad totum tempus quo simplicibus votis adstringetur » (can. 569).

Cap. XIII, pag. 26, lin. 26. — Supprimatur periodus: « Praeterea... censentur »; et eius loco ponatur: « Praeterea novitius ante professionem votorum temporarium testamentum de bonis praesentibus vel forte obventuris libere condat. Cessionem administrationis, usu et usufructus professus mutare non potest, nisi de moderatoris supremi licentia ad normam iuris. Testamentum vero mutari

nequit sine S. Sedis licentia, vel si res urgeat nec tempus suppetat ad eam recur-
rendi, sine licentia superioris maioris, aut si nec ille adiri possit, localis »
(can. 569, 580, 583).

Cap. XIII, pag. 27, lin. 21. — In fine periodi addatur: « Non licet Super-
rioribus stipem colligendam committere nisi professis aetate animoque maturis.
Pro administratione autem bonorum temporalium sint oeconomi; generalis qui
religionis universae bona administret, provincialis, qui provinciae, et localis, qui
singularum domorum; qui omnes officio suo fungantur sub directione superioris »
(can. 623, 516).

Cap. XIII, pag. 29, lin. 5. — Post verba « praememorati Praesidis » adda-
tur: « et si opus est S. Sedis »... (can. 534).

Cap. XX, pag. 44, lin. 21. — Demptis verbis « superior decernat » dicatur:
« nisi aliter ductor animae suadeat ». Deinde addatur: « Frequens autem imo
quotidianus accessus ad Sanctissimam Eucharistiam religiosis rite dispositis libere
pateat » (can. 595).

Cap. XXI, pag. 46, lin. 3. — Supprimantur verba « ad arbitrium superioris
vel ductoris animae », et eorum loco ponatur: « salva libertate frequentis imo
quotidianae communionis, ut supra dictum est » (can. 595).

Cap. XXII, pag. 47, lin. 14. — Post punctum, textu antiquo suppresso
usque ad verbum « vindicabit », inseratur: « In inferioribus disciplinis rite in-
structi, in philosophiae studia saltem per biennium, et sacrae Theologiae saltem
per quadriennium, diligenter et procul a novitatibus, incumbant. Cursus theo-
logicus praeter theologiam dogmaticam et moralem, complecti praesertim debet
studium sacrae scripturae, historiae ecclesiasticae, iuris canonici, liturgiae, Sancto-
rum Patrum, sacrae eloquentiae et cantus ecclesiastici. Habeantur etiam lectio-
nes de theologia pastorali, additis practicis exercitationibus praesertim de ratione
tradendi pueris catechismum, audiendi confessiones, visitandi infirmos et assi-
stendi moribundis » (can. 589, 976, 1365).

Cap. XXII, pag. 48, lin. 18. — Post verbum « et negligentibus » addatur:
« Tandem religiosi Sacerdotes, iis tantum exceptis qui a Superioribus gravem ob-
causam fuerint exempti, aut qui vel sacram theologiam vel ius canonicum vel
philosophiam scholasticam doceant, post absolutum studiorum curriculum, quo-
tannis, saltem per quinquennium, a doctis gravibusque Patribus examinentur, in
variis doctrinae sacrae disciplinis, antea opportune designatis » (can. 590).

Cap. XXII, pag. 49, lin. 13. — Post verbum « expleverint » addatur: « ser-
vatis servandis ad normam iuris, quoad aetatem et studia » (can. 975, 976).

Cap. XXIV, pag. 64, lin. 5. — In fine periodi, demptis verbis « collatio
theologiae moralis » dicatur: « Semel in hebdomada erit solutio casus moralis
et liturgici, cui si Superior opportunum existimaverit, addi potest sermo de re
dogmatica coniunctivae disciplinis » (can. 595), singuli autem...

Cap. XXX, pag. 68, lin. 8. — Post punctum inseratur: « Quinto quoque anno
debet relationem de statu Congregationis ad S. Sedem per documentum mittere,
subsignatum a se cum suo Consilio » (can. 510).

Cap. XXX, pag. 69, lin. 17. — Supprimatur textus « Frater ad id electus
extrahet duobus assistentibus discretis » eiusque loco dicatur: « Duo scrutatores
ad id electi extrahent coram praeside » (can. 171)...

Cap. XXX, pag. 72, lin. 4. — Post verbum « assignare » inseratur: « annos

natum saltem triginta, quinque saltem ab annis a prima professione professum, cum ceteris dotibus necessariis et opportunis » (can. 559), et unicuique...

Cap. XXX, pag. 73, lin. 5. — In fine capituli addatur: « Ad munus superioris majoris praeterea inhabiles sunt qui non sunt ex legitimo matrimonio nati, et annos quadraginta non expleverint, si agatur de supremo moderatore, annos triginta si de aliis superioribus maioribus » (can. 504, 506).

Cap. XXXI, pag. 74, lin. 19. — Post verbum « plectentur » inseratur: « Etsi omnes superiores religiosi districte vetentur personas sibi subditas quoquo modo inducere ad conscientiae manifestationem, sibi peragendam, non tamen prohibentur subditi quominus libere ac ultro aperire animum suum superioribus valeant, imo expedit ut et ipsi filiali cum fiducia superiores adeant, eis dubia et anxietates suae conscientiae exponentes » (can. 530). Hoc pacto...

Cap. XXXI, pag. 75, lin. 13. — Periodus a verbo « deligetur » corrigatur ut sequitur: « Deligentur etiam a Praeposito Generali vel Provinciali in singulis domibus plures pro numero sodalium confessarii, qui sint praecipui magistri spiritualis vitae, ut si quis inter dubia vel adversa animum suum aperire nolit rectori, patefaciat directori animae. Ad eos etiam singuli religiosi semel saltem in hebdomada, peracturi confessionem accedant. Firmis his praescriptionibus, si religiosus ad suae conscientiae quietem confessarium adeat ab Ordinario loci approbatum etsi inter designatos non recensitum, confessio valida et licita est. Superiores potestatem audiendi confessionem habentes, possunt, servatis servandis, confessiones audire subditorum qui ab illis sponte sua et motu proprio id petant, at sine gravi causa per modum habitus id ne agant » (can. 518, 519, 595).

Cap. XXXVIII, pag. 87, lin. 23. — Post punctum inseratur: « Curent praeterea superiores locales ut saltem semel in anno, statis diebus, publice legantur Constitutiones, itemque decreta quae publice legenda S. Sedes praescribet » (can. 509).

B) MUTATIONES ET ADDITIONES PRAETER CODICEM.

Idem Capitulum Generale, in sessione matutina diei 16 maii, examinavit ac, editis decretis, approbavit quasdam mutationes praeter Codicem ⁽¹⁾, quas deinde Procurator Generalis S. Congregationi pro necessaria confirmatione praesentavit, datis precibus ut sequitur:

BEATISSIME PATER,

Procurator Generalis Congregationis a Passione Jesu, ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus exponit Capitulum Generale suae Congregationis, anno 1925, Romae celebratum, de sequentibus rebus deliberationes habuisse:

1) De numero suffragiorum in electionibus.

Vi nostrarum Constitutionum, cap. XXX, duae ex tribus partibus suffragiorum ad validam electionem necessariae sunt. Verum, decreto XIV Capituli Ge-

⁽¹⁾ Act. Capit. Gen. XXXII: *Bollettino*, vol. VI, pag. 166.

neralis XXX (an. 1914) a S. Sede confirmato per Rescriptum sub die 19 septembris 1914, num. 1546/14, statutum fuit duas ex tribus partibus suffragiorum requiri solummodo in prioribus quinque scrutiniis, in sexto autem voce activa gaudere tantum duos Patres qui in praecedenti scrutinio maiorem suffragiorum numerum retulissent. Porro ad incommoda praecavenda praesertim ex quadantenus coarctata suffragiorum libertate, Capitulum Generale sequens edidit decretum: « In electione capitulari superiorum Congregationis sanctae Regulae praescriptum servetur quoad duas ex tribus partibus suffragiorum usque ad quintum scrutinium inclusive; et si nulla adhuc electio facta sit in sequentibus scrutiniis is electus habeatur qui numerum absolute maiorem suffragiorum retulerit ».

2) *De iure suffragii magistro novitiorum tribuendo.*

Constitutiones nostrae ius capitulo provinciali interveniendi et suffragii ferendi magistro novitiorum concedunt tantum quando « provincialia comitia in domo novitiatus habentur » (Cap. XXX). At Capitulum Generale animo reputans praesentiam magistri novitiorum in Capitulis multum conferre posse ad bonum Provinciae, decrevit: « ad Sedem Apostolicam preces porrigendas esse, ut magistro novitiorum ius conferatur suffragium ferendi etiam quando comitia extra tirocinii domum habentur ».

3) *De privilegio stipem quaerendi.*

Ex speciali privilegio Sedis Apostolicae Congregatio nostra Religionibus mendicantibus proprie dictis aequiparata fuit tum quoad titulum Ordinationis tum quoad facultatem colligendi elemosynas. Hoc privilegium in Collectione a Pio X confirmata Rescripto diei 18 maii 1907 his verbis invenitur expressum: « Nostri ubi reperiuntur Congregationis domus et deinceps instituentur, libere possunt quaestuari absque alia Ordinarii locorum licentia. Item perpetuo nobis facultas facta est stipem quaeritandi etiam per alias dioeceses, ubi nulla Congregationis domus extracta sit, praevia tamen licentia Ordinarii loci ». Ad praecavendas minus rectas interpretationes huius privilegii Capitulum edixit: « S. Sedem suppliendam esse, ut in Capite XIII S. Regulae post verba « in propria dioecesi » adderetur « de sola Superiorum Congregationis licentia ».

4) *De quibusdam facultatibus a S. Sede concessis.*

Iam ab anno 1787, Brevi « Post Constitutionem » praescriptum S. Regulae de abstinentia in domibus Congregationis servanda, temperatum fuit; chorus autem nocturnus, eodem Brevi ad sesquihoram reductus, tandem per Rescriptum S. C. de Religiosis num. 1546/14, ad unius horae spatium fuit coarctatus.

Insuper Pius IX, Rescripto diei 3 martii 1872, mandavit ut « Consultores Generales qui iuxta Caput XXX Constitutionum duo tantum ad illam diem fuerant, quatuor in posterum esse deberent ».

Ut his Apostolicis dispositionibus textus aptaretur, Capitulum votum expressit ut obtineretur S. Sedis licentia, ad dictas facultates seu dispensationes in Regulam inserendas.

5) *De summa pecuniae pro expensis insuetis, debitis et alienationibus.*

Vi Constitutionum nostrarum Rectores nullam prorsus expensam insuetam facere possunt, neque mutuum concedere, sine consensu Capituli localis, et in-

super approbatione Superioris Praesidis, si huiusmodi expensae superent summam decem scutorum (Cap. XIII). Iamvero Patribus Capitularibus opportunum visum est hunc locum ita immutare, ut demptis verbis « scutorum decem » poneretur: « sive debitum forte contrahendum excedat summam a iure constitutam vel pro temporum et locorum circumstantiis a Curia Generali determinatam, S. Sedis, aut Superioris Generalis vel Provincialis, prout casus postulaverit approbatio requiratur ».

Quare iuxta supra dicta decreta textus Regulae prout sequitur emendandus esset:

1) Cap. XXX, pag. 69, lin. 20. — « Duae ex tribus partibus suffragiorum canonicam electionem efficient; si vero in quinto scrutinio nulla adhuc electio facta sit, in sequentibus scrutiniis is electus habeatur qui numerum absolute maiorem suffragiorum retulerit. Lecta subinde »...

2) Cap. XXX, pag. 71, lin. 4. — « Et ad ea praeter ipsum Provinciale Praepositum et suos Consultores convocabuntur earundem domorum rectores una cum magistro novitiorum, qui omnes suffragandi iure gaudebunt ».

3) Cap. XIII, pag. 27, lin. 17. — « Quaerere liceat in propria dioecesi de sola Superiorum Congregationis licentia, ac etiam in aliis... ».

4) Cap. XVIII, pag. 37, lin. 6. — « Excepto toto tempore adventus et quadragesimae, illisque diebus in quibus a Constitutionibus ieiunium fuerit praescriptum, fratres in domibus Congregationis iis cibis vesci possunt quibus omnes in Ecclesia fideles communiter vescuntur; reliquis vero diebus uti valeant ovis et lactiniis, et contenti erunt... ».

Cap. XIX, pag. 40, lin. 9. — « Surgant ad laudes Dei concinendas. Nocturnus chorus unius horae spatium durabit, nec cuiquam tum... ».

Cap. XIX, pag. 41, lin. 3. — « Statis diebus post matutinum fiat voluntaria verberatio; postea hiberno tempore... ».

Cap. XXII, pag. 48, lin. 18. — Loco periodi « In domo... vespertina oratione », ponatur: « Pro iis qui litterarum studiis sunt addicti, diebus quibus post meridiem schola habetur, vespertina meditatio horae dimidium non excedat. Exceptis etc. ».

Cap. XXX, pag. 69, lin. ult. — « A memoratis suffragatoribus deligentur quatuor Consultores generales... ».

Cap. XXX, pag. 70, lin. 11. — « Intra sexennium, obeunte vel alio modo cessante Praeposito, Congregationis gubernium suscipiet primus consultor, secundus vero primi consultoris, tertius secundi et quartus tertii munere fungetur, loco autem quarti consultoris a vicepraeposito cum suis consultoribus et procuratore generali alius ex dignioribus usque ad generale capitulum deligetur ».

5) Cap. XIII, pag. 28, lin. 15. — « Si autem contingat ut aliqua ex huiusmodi expensis sive debitum forte contrahendum sive alienatio excedat summam a iure constitutam, vel, pro locorum et temporum circumstantiis a Curia Generali definitam, S. Sedis aut Superioris Generalis vel Provincialis prout casus postulaverit, licentia requiratur ».

His igitur de causis humilis orator suppliciter petit ut Sanctitas Vestra supra dicta Capituli Generalis vota benigne exci-

pere, atque eius decreta Apostolica Auctoritate firmare velit, respectivis Constitutionum locis, quatenus opus sit, derogando.
Et Deus etc.....

Romae, die 5 Januarii 1928.

TITUS A S. PAULO A CRUCE
Procurator Generalis C. P.

C) IUDICIUM ET APPROBATIO.

In examine apud Sacram Congregationem peracto, « omnes mutationes et additiones ex Codice apprime respondere praescriptis S. Sedis et maxima cum cura exaratae » repertae sunt; in ceteris vero Relator testatus est « textum nihil continere quod adversetur Sacris Canonibus ».

Tria tamen adnotavit:

1) Cap. VIII, pag. 19, lin. 6; ubi agitur de manifestatione conscientiae a novitiis facienda, ut fideliter servaretur canon 530, sequentem additionem proposuit: « ... ultro ac libere quemadmodum expeditre sacri Canones dicunt, enarrantes ».

2) Cap. XX, pag. 44, lin. 20; post indicationem dierum, in quibus S. Communio recipi potest, et correctionem propositam a Capitulo adiungendum dixit: « ... qui insuper meminerint has Constitutionum normas vim dumtaxat directivam habere ».

3) Cap. XXX, pag. 69, lin. 12; sequentem quoque proposuit additionem: « ... et emissio iureiurando eligendi quem secundum Deum eligendum existimaverint » (can. 506)...

De mutationibus praeter Codicem sequens resolutio proposita fuit:

1) Quoad numerum suffragiorum pro electionibus, cum modus a Capitulo propositus non videatur Iuri contrarius (can. 507), admitti potest.

2) Quoad ius suffragandi in Capitulis provincialibus magistro sine limitatione tribuendum, mutatio valde commendabilis apparet.

3) Quoad facultatem quaestuandi, stante peculiari et explicito privilegio a S. Sede concesso, textus admitti potest.

4) Aliae omnes mutationes excerptae a facultatibus a S. Sede iamdudum concessis, nullo modo Sacris Canonibus repugnant, et ideo tuto admitti possunt.

His igitur praehabitis et mature perpensis, S. Congregatio de Religiosis in Congressu sub die 24 martii 1928, novum textum propositum approbavit; sequenti vero mense aprili, in die festo S. Patris nostri decretum approbationis, prout sequitur, signatum fuit:

N. 110/28

P. 92

Congregationis SS.mae Crucis et Passionis D. N. Jesu Christi.
Revisio Constitutionum ad normam Iuris.

DECRETUM

Emendationes praesenti exemplari Constitutionum Congregationis SS.mae Crucis et Passionis D. N. J. C. insertae ad conformitatem Codicis Iuris Canonici, revisae sunt et ratae habentur, una cum additis emendationibus praeter Codicem, ab hac Sacra Congregatione.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die vigesima octava aprilis anno millesimo nongentesimo vigesimo octavo.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus*.

VINC. LA PUMA, *Secretarius*.

II.

MUTATIONES ET ADDITIONES EX VOTO SUPERIORUM MAIORUM CONGREGATIONIS

A) MUTATIONUM PROPOSITIO ET EXAMEN.

In citata Declaratione sub die 26 octobris 1921 (A. A. S. vol. XIII, pag. 538) S. Congregatio de Religiosis monebat, quod « si occasione huius revisionis aliqua Religio vellet quasdam mutationes non necessarias seu a Codice non praescriptas in Constitutiones inducere, hoc ne fieret in textu ut supra emendato, sed pro facultate obtinenda separatae mitterentur preces in quibus et textus iampridem approbatus et textus propositus referretur, una cum rationibus mutationes suadentibus ».

Hac de causa, Praepositus Generalis Leo a S. Corde Jesu, de una-

nimi Curiae Generalis consensu, nonnullarum mutationum elenchum, praeter Codicem, examini et iudicio omnium Superiorum Maiorum Congregationis qui partem habere solent in Generalibus Comitibus, iam ab anno 1926 subiecit, sequentibus litteris mentem suam et finem intentum declarans:

Leo a S. Corde Jesu, Congregationis SS. Crucis et Passionis D. N. J. C. Praepositus Generalis, Praepositis Provincialibus eorumque Consultoribus salutem et pacem.

In postremo Capitulo Generali Congregationis nostrae, superiore anno Romae celebrato, propositae ac mature examinatae fuerunt, ut probe nostis, mutationes et additiones, quae ex praescripto S. Congregationis de Religiosis (decr. 26 junii 1918 et 26 oct. 1921) Constitutionibus nostris ad normam Sacrorum Canonum erant inducendae.

Iamvero in harum mutationum textu, pro opportuna Apostolicae Sedis revisione, definitive exarando, quaedam Constitutionum loca, minoris plerumque momenti, occurrerunt, quae aliquam emendationem requirere videbantur, ut textus receptae praxi conformior evaderet.

Utendo igitur facultatibus ab eadem S. Congregatione per citatam Declarationem diei 26 octobris tributis, has mutationes minus necessarias et a Codice non praescriptas, Curiae nostrae collatis consiliis, Vobis cum opportunis motivis et declarationibus examinandas proponimus. Vehementer cupimus ut quamprimum fieri poterit, adiectum mutationum textum perpendere velitis et ad nos ante mensem decembrem additis observationibus remittere.

Singulis insuper Curiis Provincialibus facultas erit alias emendationes minoris utique momenti nostro Generali Consilio proponendi, prout cuique necessarium aut opportunum visum fuerit.

Interim compertum habentes Vos omnem curam et laborem tam necessario operi impensuros, a Deo honorum omnium largitore benedictiones et fausta omnia adprecamur.

Romae, ex Recessu SS. Joannis et Pauli, 3 maii 1926.

LEO A S. CORDE JESU
Praep. Generalis.

PETRUS A PR.MO SANGUINE
Secretarius.

Sequebatur elenchus in quo tum textus approbatus tum textus novus, variatis characteribus, referebatur, adiunctis rationibus cuiuslibet propositae mutationis.

B) MUTATIONUM IUDICIUM ET APPROBATIO.

Responsionibus et animadversionibus a singulis Curiis Provincialibus acceptis, maturoque iudicio perpensis, Curia Generalis, initio anni 1929, novum elenchum mutationum et additionum rededit, quem sequentibus litteris Praepositus Generalis ad omnes Provinciales eorumque Consultores pro definitivo iudicio transmisit.

Leo a S. Corde Jesu, Congregationis SS. Crucis et Passionis D. N. J. C. Praepositus Generalis, Moderatoribus Provincialibus eorumque Consultoribus salutem in Domino.

Vobis notum est emendationes quae ex praescripto Iuris, iuxta Capituli Generalis decreta, in nostris Regulis erant inserendae iam a mense aprili superioris anni, a S. Congregatione de Religiosis, approbatas fuisse.

Quasdam insuper variationes et mutationes praeter Codicem, ad tenorem decreti eiusdem S. Congregationis, examini vestro reverenter subiecimus, cuiuslibet Provincialis Curiae super iis sententiam rogantes.

Nunc vero pensatis omnibus animadversionibus ad nos remissis, de Curiae Generalis consensu, Vobis quae sequuntur, approbanda vel reiicienda proponimus. Vestrum igitur erit singulas mutationes propositas diligenter perpendere, ac numerum suffragiorum sub iisdem inscribere, ut ex iis possit Curia Generalis textum emendatum exarare et sacrae Congregationis iudicio et approbationi subiicere.

Interim vobis omnibus, cuncta fausta adprecantes, benedictionem in Domino peramanter impertimus.

Romae, die 12 martii 1929.

LEO A S. CORDE JESU
Praep. Generalis.

PETRUS A PRETIOSISSIMO SANGUINE
Secretarius.

NOTANDUM. — Singulae propositae mutationes et additiones hic, una cum numero suffragiorum eas sive probantium sive reiicientium ex textu officiali referuntur. Citatio peginarum refertur ad editionem quae ante annum 1930 erat in usu. Mutationes autem italicis caracteribus notantur.

Cap. III, pag. 7. — « Cellae dormitorii *novem metrorum quadratorum amplitudinem non excedant*. Dormitorium vero intra *duorum metrorum* latitudinem concludatur ».

Responderunt: Affirmative 55; Negative 2.

Cap. V, pag. 9. — « ... instar clericorum regularium. Clerici tonsuram gerent... ».

Resp. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. V, pag. 10. — « Domi birreto, vulgo berrettino, Sodales *laici et novitii* utentur, paupere, modesto ac religioso. *Eodem uti possunt* Sacerdotes et clerici, qui *praeterea* adhibebunt... ».

Resp. Affirmat. 53; Negat. 1; Se abstinerunt a voto 3.

Cap. VI, pag. 12. Supprimatur: « et seniorum ».

Respond. Affirmat. 55; Negat. 2.

Cap. VI, pag. 13. — « ... vel excludendus sit. Si *novitius* receptus a *Superiore Maiore*, duabus ex tribus partibus suffragiorum fuerit approbatus, per decem dies... ».

Respond. Affirmat. 52; Negat. 5.

Cap. VII, pag. 13. — « ...ritu proprio *Congregationis nostrae* super tunicam bene precatus... ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. VIII, pag. 15. — « ... sit destinandus. *Magister oportet* decem saltem annos... ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. VIII, pag. 17. — « *Magister novitiorum* sive Coadiutor, post matutinam orationem, examen purgativum vel instructivum instituet, super virtutes vel alia argumenta praecipue autem super orationem mentalem et Regularum observantiam, prout utilius censebit spirituali eorundem profectui. *Praeterea* quolibet die *novitii* examen peculiare in cubiculo peragant... ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. VIII, pag. 17, 18, 19. — Ubi legitur « Director, Directore... » substituat *Magister, Magistro... ».*

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. VIII, pag. 18. — « ... ad *Magistri* vel Coadiutoris arbitrium... ».

Respond. Affirmat. 55; Negat. 2.

Cap. VIII, pag. 19. — Post verbum « assequentur » addatur: « *Quolibet trimestri de singulorum novitiorum agendi ratione Magister relationem Capitulo exhibeat, cuius erit examinare et duabus ex tribus partibus suffragiorum decernere utrum novitius dignus sit qui novitiatum prosequatur, an e contra dimitti debeat* ».

Respond. Affirmat. 48; Negat. 6; Se abstinerunt 3.

Cap. X, pag. 21. — « At si scandalosum crimen admiserit a Superioribus vel a Capitulo expelletur omnino. Ab eodem Capitulo vel a Superiore Maiore quavis iusta causa novitii dimitti possunt; sed eiiciendi sunt... ».

Respond. Affirmat. 48; Negat. 3; Se abstinerunt 6.

Cap. XI, pag. 22. — « ... Capituli localis, quod etiam Consilii munus obtinebit, constantis ex Sacerdotibus perpetuo professis, exclusis semper Studentibus quamvis in Ordine Sacro constitutis, itemque Fratribus laicis, qui... ».

Respond. Affirmat. 50; Negat. 1; Se abstinerunt 6.

Cap. XIII, pag. 27. — « ... illosque possit vel apud mensarium caute et tuto collocare, vel domi retinere... ».

Respond. Affirmat. 49; Negat. 5; Se abstinerunt 3.

Cap. XIII, pag. 28. — « Rector domus insuetas expensas ultra summam praefinitam non faciat, neque mutuum concedat, neque libros bibliothecae aut sacras suppellectiles commodet, neque ullam in aedificio inducat mutationem nihilque novi construat, nisi accedente consensu Capituli localis. Sine huiusmodi Capituli voto, Superior etiam Provincialis invalide agit, salvo recurso ad Praepositum Generalem, qui audito suo Consilio, aliter in Domino statuere poterit, nisi agatur de admissione ad novitiatum vel ad primam professionem. Si contingat ut aliqua ex supradictis expensis, sive debitum forte contrahendum excedat summam a Iure, vel pro temporum et locorum circumstantiis a Curia Generali definitam, S. Sedis aut Superioris Generalis vel Provincialis licentia, prout casus postulaverit, requiratur. Eiusdem Curiae Generalis erit definire, pro quibus expensis Provinciales indigeant sui Consilii vel etiam Praepositi Generalis licentia, et quatenam ab ipsomet Praeposito summa impendi possit non requisito suorum Consultorum consensu. Ut autem omnes... ».

Respond. Affirm. 48; Negat. 6; Se abstin. 3.

Cap. XIII, pag. 29. — Post verbum « tribuetur » addatur: « *Tertio quovis mense Superiores locales rationem suae administrationis Praeposito Provinciali reddere teneantur; Provinciarum autem Praepositi in fine cuiuslibet anni Moderatorem Generalem certiozem faciant de statu oeconomico suae Provinciae et singularum domorum eiusdem. Onus perpetuum...* ».

Respond. Affirmat. 54; Negat. 3.

Cap. XIII, pag. 29. — « ... sibi quaerere. Bona quae a parentibus vel propinquis titulo haereditatis Religiosis obveniunt, ipsis acquiruntur in proprietatem; sponte vero oblata vel quovis titulo a benefactoribus accepta in commune... ».

Respond. Affirmat. 54; Negat. 3.

Cap. XV, pag. 33. — « Et cum permissu Superioris... ».

Respond. Affirmat. 55; Negat. 2.

Cap. XVII, pag. 36. — « ... si feria quarta et sabbato festa de praecepto aut alia festa occurrant quae in *Collectione Caeremoniarum Congregationis notantur*. Feria autem sexta, nisi officium duplex primae classis aut festum de praecepto celebretur, ieiunium servabitur.

Respond. Affirmat. 55; Negat. 2.

Cap. XVIII, pag. 37. — « ... esca afferatur; ad vespertinam autem ferculum obsonii ieiunio conveniens. Diebus festis... ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. XVIII, pag. 38. — « Panis pro cuiusque indigentia, et vinum aut alius potus iuxta probatam a Superioribus normam tribuatur. Superior insuper paterne curabit ut fratres omnes, novitii non exclusis, mane panis frustulo et vini haustu vel aliter secundum consuetudinem a Supremo Praeside approbatam, stomachum reficiant. Diebus ieiunii... ».

Respond. Ad primam partem Affirmat. 52; Negat. 2; Se abstin. 3.

Ad secundam partem, Affirmat. 50; Negat. 1; Se abstin. 6.

Cap. XXII, pag. 48. — Supprimatur periodus: « Superior... reficiant ». Textus emendatus cum suffragiis refertur in numero praecedenti.

Cap. XXIV, pag. 60. — Textus emendetur ut sequitur: « Die quo sunt discessuri, mane diluculo proficiscantur... ».

Respond. Affirmat. 55; Negat. 2.

Cap. XXIV, pag. 53. — Loco « scriptoque excerptas » dicatur: « earumque exemplar... ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. XXIV, pag. 59. — Suppressis verbis: « Si loci... prosequantur »; dicatur: Deique causam agant non propriam. Ne querantur etc... ».

Respond. Affirmat. 54; Negat. 3.

Cap. XXIV, pag. 61. — Supprimatur verba: « Nullus domo exeat... arbitrio ». Generalis pro omnibus dispositio continetur in Cap. XXXIII, pag. 78. Vide inferius.

Respond. Affirmat. 54; Negat. 3.

Cap. XXVI, pag. 63. — « ... et perennet. Clerici tamen studio addicti ab aliis secreti manebunt ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. XXVI, pag. 64. — « Aestivo tempore in horaria tabella notato, ob vehementiores aestus, meditatio fiat post vespertas, et per tres menses vespertina animi relaxatio... ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. XXIX, pag. 66. — « ... salutatione angelica et psalmo De profundis, pro benefactoribus defunctis. Postea fit examen conscientiae et dicuntur, elatiore voce, antiphona Immaculae Conceptionis B. Mariae semper Virginis, Tota pul-

chra es Maria, S. Michaelis Archangeli, S. Joseph, et S. Titularis domus religiosae. His expletis asperguntur omnes aqua lustrali... ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. XXIX, pag. 67. — Supprimantur verba « ut an modeste fratres cubent inspiciat ».

Respond. Affirmat. 52; Negat. 2; Se abstinerunt a voto 3.

Cap. XXX, pag. 68. — Post verbum « indulgeat » inseratur: « *Interim electores conveniunt in congregationibus praeparatoriis, in quibus negotia post electiones discutienda proponuntur, et de meritis eligendorum tractatus habentur. Ut autem... ».*

Respond. Affirmat. 47; Negat. 10.

Cap. XXX, pag. 70. — Post « Comitia » inseratur: « *Praepositus Generalis de consensu sui Consilii eligit Secretarium Generalem qui oeconomi vices obtinebit pro administratione bonorum temporalium Congregationis, suoque muneri sub directione Supremi Praesidis fungetur ».*

N. B. — In hoc et sequenti numero aliquae Provinciae nullam responsionem adnotarunt. Reliqua vota omnia sunt affirmativa.

Cap. XXX, pag. 72. — Post verbum « subrogabitur » inseratur: « *A Praeposito Provinciali cum suo Consilio designabitur Secretarius Provincialis cui munus etiam provincialis oeconomi committi poterit ».*

Cap. XXX, pag. 72. — « *... vicarium cum munere oeconomi tribuere, qui illo absente, indigente vel impedito subsidiariam operam praestabit et vices geret; ac, nisi adsit Magister tyronum, primum post Rectorem obtinebit locum. Oeconomi localis munus rector ipse gerere potest, si Provincialis iudicio necessitas id exigere videatur. Si intra... ».*

N. B. — *Additio ex Canone 516.*

Cap. XXXIII, pag. 78. — « *Nullus, sine causa a Superiore probata, nec, pro eiusdem arbitrio, sine socio ab eo tribuendo, discedat domo... In via cum saecularibus hominibus, et praesertim cum mulieribus, quoad fieri potest, neque socientur... ».*

Respond. Affirmat. 55; Negat. 2.

Cap. XXX, pag. 71. — « *... visitationem quotannis peragere... ».*

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. XIX, pag. 41. — « *Post nocturnum chorum, hiemali tempore, trium horarum spatium, aestivo tempore duarum horarum cum dimidio dabitur quieti; facta potestate Provinciarum Capitulis aliter, de consensu supremi Praesidis disponendi, ita tamen ut tempus matutinae simul et diurnae quietis ante vesperas, quatuor horarum spatium non excedat. Deinde... ».*

Respond. Affirmat. 51; Negat. 3; Se abstin. 3.

Cap. XIX, pag. 41. — *Ad se calefaciendum accedere poterunt, recitantes... ».*

N. B. — *Emendatio ex voto unanimi Curiae Generalis.*

Cap. XXIV, pag. 64. — « *Diebus festis a Capitulo Generali statutis et feriis... ».*

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. XXX, pag. 73. — In fine Capituli addatur: « Praepositus Generalis et Consultores eiusdem, itemque Provinciarum Praepositi cum suis Consultoribus, eo ipso quo electi fuerint, pro confirmatis, auctoritate Apostolicae Sedis habentur; Procurator Generalis, Rectores et Magistri novitiorum indigent supremi Praesidis eiusve Delegati scripta confirmatione; nec ante eam acceptam plenum ius in officio habere censentur ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. XXX, pag. 72. — Post verbum « confirmari » addatur: « Magister tamen novitiorum pluries successive eligi potest ».

Respond. Affirmat. 56; Negat. 1.

Cap. XXXVIII, pag. 85. — Textus reformetur ut sequitur: « Rector domus ubi id accidet, certiores faciat singulos illius Provinciae rectores, totius Congregationis Provinciales, et Secretarium Generalem, ut debitis sacrificiis et orationibus eius animam iuvent. Hoc accepto nuntio, mox in cuiusque domus choro eiusdem Provinciae matutinum defunctorum cum laudibus recitabitur, atque divinum Sacrificium cum cantu offeretur. Praeterea ab unoquoque ipsiusmet Provinciae Sacerdote tres Missae celebrabuntur. Fratres autem clerici itemque laici quinquies Eucharistia reficientur, et integrum rosarium persolvent; semel universi religiosi verberibus se affligent pro illius animae expiatione et ter eam rosarii partem applicabunt, quae dicitur ante nocturnam quietem. Pro religioso defuncto alterius Provinciae, in unoquoque recessu applicabitur Missa lecta, a clericis et fratribus laicis fit sacra communio et a tota religiosa familia semel dicitur in eius suffragium tertia rosarii pars et fit voluntaria verberatio. Hortamur etiam... ».

Respond. Affirmat. 53; Negat. 4.

C) S. CONGREGATIONIS BENIGNA CONFIRMATIO.

His omnibus praehabitis, Procurator Generalis de Curiae Generalis mandato, mutationes et additiones prout in superiori elencho Sacrae Congregationi de Religiosis pro necessaria confirmatione his precibus praesentavit:

BEATISSIME PATER,

Procurator Generalis Congregationis a Passione Jesu, ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, humiliter quae sequuntur exponit:

Die 28 aprilis 1928 S. Congregatio de Religiosis textum Constitutionum Congregationis nostrae, Codici conformatum, ratum habuit, decreto N. 110/28, P. 29, una cum paucis additionibus praeter Codicem ex praecedentibus S. Sedis concessionibus desumptis. Verum in ipso textu sic emendato, quaedam occurrerunt loca quae aliquam mutationem vel additionem requirere videbantur.

Quapropter Curia Generalis, utens facultate per Declarationem eiusdem S. Congregationis die 26 octobris 1921 conces-

sa, nonnullas emendationes praeter Codicem Provincialibus omnibus Sodalitatis nostrae eorumque Consultoribus examinandas et approbandas proposuit, ut novus textus, quoad fieri potest, absolutus evaderet.

Praehabito igitur fere unanimi consensu omnium Superiorum Maiorum Provinciarum et Curiae Generalis, humilis orator praedictas mutationes pro opportuna revisione et approbatione exhibet.

Et Deus etc.....

Romae, die 15 decembris 1929.

TITUS A S. PAULO A CRUCE.
Procurator Generalis

Porro S. Congregatio correctas preces benigne excipiens, propositas mutationes sequenti decreto approbare dignata est:

N. 110/28 P. 92.

Vigore facultatum a SS.mo Domino Nostro concessarum, S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, perpen-
sitis expositis, propositas modificationes Constitutionibus inserendas, benigne approbat atque confirmat iuxta preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 13 Januarii 1930.

ALEXIUS HENRICUS M. Card. LÉPICIER, O. S. M.
Praefectus.

VINCENTIUS LA PUMA, *Secretarius.*

CONFRATERNITATIS A PASSIONE NOVAE ERECTIONES

Diplomae diei 16 Iulij 1939, erecta est Confraternitas a Passione in nostro oratorio loci vulgo Vicente Lopez, dioec. de Plata (Argentina).

Item, diplomate diei 7 Aug. 1939, in nostra ecclesia N. D. a Perpetuo Succursu, loci vulgo Guadalajara, dioec. de Guadalajara (Mexico).

Item, diplomate diei 18 Aug. 1938, in nostra ecclesia N. D. Septem Dolorum, loci vulgo Mérignac dioec. Burdigalensis (Francia).

BIBLIOGRAPHIA

MONITUM

Meminerint Superiores et Scriptores Sodalitatis nostrae omnium operum quae a nostris eduntur, etiamsi tantum novae editiones sint, trina exemplaria ad Secretarium Generalem Congregationis mittenda esse, tum ut in Archivo Generali Congregationis et in sacro Museo ad Scalam Sanctam erecto omnia a nostris edita opera, licet exiguae molis, haberi et servari possint, tum ut de iisdem in hoc Commentario notitiam dare valeamus.

P. MODESTO DI S. STANISLAO C. P., *L'uomo con Dio e l'uomo senza Dio* (Pia Società S. Paolo, Alba 1939), p. 115, cm. 18 × 12.

Bellum impium et hucusque inauditum, quod athei militantes contra Deum inierunt, ut quamlibet religionem et ipsum Dei nomen, si fieri posset, a facie terrae deleant, Auctorem induxit ad hunc librum scribendum, in quo ex opere creationis, ex hominum consensu, ex supernaturali revelatione, Dei existentiam invictè demonstrat, simulque probat quam felix et beatus sit homo cum Deo fide et caritate coniunctus, quam infelix homo impius et quanta mala ipsi civili societati deriverentur ex atheismo. In fine patheticè loquitur de divina bonitate, quae maxime ostenditur in augustissimo Eucharistiae Sacramento et in B. Maria Virgine, hominibus data ut matre dulcissima. Argumentatio recte procedit, innixa praesertim testimonio S. Scripturae; pietas ubique spirat; stilus simplex et politus ad legendum invitat. Libelli praefationem conscripsit Rev. mus Dom. Franciscus Roberti, Auditor S. R. Rotae.

P. SERAFINO C. P., *Voci di Cielo sulla tomba del P. Bernardo Maria di Gesù, Passionista*. (Moricone - Roma 1939), pag. 80, cm. 15 × 10.

Similis S. Gabrieli a Virgine Perdolente, quem socium habuit in Novitiatu Morrovallensi et cuius virtutes aemulatus est, Servus Dei P. Bernardus Maria a Iesu C. N. per aliquot annos post mortem suam latuit quasi in umbra, sed vix dum corpus eius, fere incorruptum repertum, e coemeterio Moriconensi ad ecclesiam illius Recessus nostri, frequentissimo populo comitante, translatum fuit, magna copia gratiarum et prodigiorum clarere caepit. Quorum ut memoria servetur, simulque excitentur christifideles ad intercessionem Servi Dei implorandam, Auctor hoc edidit volumen, in quo fideliter huiusmodi beneficia referuntur iisdem fere verbis illorum, qui ea receperunt. Faxit Deus ut quam citissime, sic optare licet, Servus Dei, cuius causae beatificationis proxima est introductio ad S. Rituum Congregationem, Beatorum numero adscribatur.



DEPOSITO CORPORE AD CHRISTUM MIGRAVERUNT

DE NUNTIO FUNEBRI

In exarando nuncio funebri nunquam omittatur: Nomen Congregationis vel Instituti; dies, mensis et annus mortis; nomen loci tam sacrum quam saeculare; nomen Provinciae; nomen religionis et saeculi defuncti vel defunctae; dies, mensis et annus primae professionis.

Nuncium vero a Rectore domus, in qua defunctus morabatur, mittendum est tum ad Secretarium Generalem tum etiam ad singulos Provinciales, aliosque Superiores iuxta normas in novis Statutis n. 150 editas.

27. — *Die 5 Junii 1939*, in Provincia S. Pauli a Cruce, P. DOMINICUS A V. PERDOLENTE (Franciscus Langenbacher), qui, natus anno 1884, vota nuncupaverat die 16 Ianuarii 1900.

28. — *Die 18 Junii 1939*, in Sinis, Prov. S. Pauli a Cruce, P. FLAVIANUS AB IMM. CONCEPTIONE (Mullins Eduardus), qui, natus anno 1893, vota nuncupaverat die 26 Maji 1912.

29. — *Die 9 Julii 1939*, in Recessu S. Crucis (Buenos Aires), Prov. Imm. Concept. B. M. V., Frater CLEMENS A SEPTEM DOLORIBUS (Carolus Roche), qui, natus anno 1869, vota nuncupaverat die 21 Decembris 1892.

30. — *Die 9 Julii 1939*, in Recessu Boni Jesu (Curitiba), Prov. Calvarii, Frater THOMAS A PASSIONE (Eugenius Viso), qui, natus anno 1869, vota nuncupaverat die 1 Aprilis 1897.

31. — *Die 14 Augusti 1939*, in Recessu S. Mariae ad montes, Prov. B. M. V. Dolorosae, P. NAZARENUS A VIRG. PERDOLENTE (Venantius Marchionni) (Praep. Prov.lis), qui, natus anno 1894, vota nuncupaverat die 17 Novembris 1910.

Imprimatur: TITUS A S. PAULO A CRUCE Praep. Gen.

P. POLISSENO ORLANDI (P. EMIDIO, PASSIONISTA) *Direttore responsabile*

Finito di stampare il 30 settembre 1939 nella Tipografia Agostiniana - Roma